

Hilse Anng: W
Pms.

L2
Be

9

PROTEVS CVM PHOCIS, CETIS.

In Homerum, Strabonem, Melam,
Orpheum, Herodotum, Diodorum Siculum,
Dionysium Periegeten, Eustathium, Ammianum, Aristidem,
Palmerium, Ovidium, Virgilium, Horatium, Platonem,
Heraclidem Ponticum, Lucianum, Philostratum, Julianum,
Clementem Alexandrinum, Bochartum, Calium Rhodiginum,
Natalem, Croesium, Spondanum, de la Cerda,
Ruæum.

Pro uberius illustrando nupero *Herculis ceto*
occasione *ceti Fons*:

Ex historia & geographia veteri
in priscorum autorum lucem:

In secularem presertim memoriam

PETRI MOSELLANI

elegantis Lipsiensis Academiae Professoris,

Qui solennis inter Eccium & Lutherum colloquii
argumentum

A. M. D. XIX. *Quinto Nonas Augusti*
nervose scripsit,
recensuit

A. MDCCXIX. *mense Augusto*

HERMANNVS von der Hardt /

Acad. Jul. Sen. & Praepos. Mariab.

Helmstadii,

Litteris Hermanni Danielis Hammii, Acad. Typogr.

PROTEVS

CVM PHOCIS CETS

In Honorem, Sarcophorem, Meinar
Opfaram, Alchorum, Dioborum Siculum
Gronylum, Paragern, Eufachion, Ammanum, Aftidum
Palacium, Ovidum, Tofianum, Pannonum
Hocidem, Sannum, Cofianum, Jafianum
Glen, tunc, Alexandrum, tunc, Cellum, Rodolphum
Vaftrum, Crochum, Soolandum, de la, Corde,

REGIÆ
ET
ELECTORALI
ACADEMIÆ
LIPSIENSI
PERILLVSTRI

Quo dicitur inter, Eorum, & Lutherum colloquii
argumentum

HERMANNVS von der Dard
Acad. Sci. & Paphol. M. 1700

Litens Hartman, Danielis Hamann, Acad. Typog.





Pars I. Historiæ honori!

Divina providentia contigit, ante hæc duo secula christi-
næ doctrinæ sinceritati fontium sacrorum studio viam ape-
riri. Pro qua christiana libertate obtinenda illo tempore
dimicatum fortiter, quando non solum *A. 1517.* cum Tezelio lis
fuit, *A. 1518.* Augustæ in Comitibus illa de re multis actum, sed &
A. 1519. Lipsiæ solenni colloquio præcipua capita pro veritate inve-
stiganda tentata sunt. Adversa pars, ne quæsitam, a Christo par-
tam, & ab Apostolis inculcatam fidei libertatem petentibus con-
cederet, omnes adhibuit artes, *Protei* exemplo. Donec *A. 1530.*
humanior quædam fons in Comitibus Augustanis emicaret, quæ
diu & enixe expetitæ libertatis christianæ usum quandam indulgeret,
qua in hunc usque diem frui datum est. Memoriam fatorem
repetimus pie recteque, qui scimus, quam sit difficile libertate
parta digne uti, illam tueri, & ad posteros transmittere. *Lipsien-
si Colloquio,* mense Junio & Julio *A. 1519.* pro veritatis indagine ce-
lebrati, *argumentum breve* literis ad illustrem Norimbergenfium Se-
natorem & Cæsareum Consiliarium *Bilibaldum Pirckheimerum,* com-
plexus statim est *Petrus Mesellanus, Græcæ literaturæ P. of. ss. Lipsiensis,*
qui eleganti oratione, Ducis jussu, certamen literarium inaugu-
raverat, totius pugnæ spectator attentus. Dedit quidem hanc
epistolam ex Sculteto *Seckendorffius, in Historia Reformationis;* Verun-
tamen,

tamen, quod non omnibus illuc ire libeat, consultum visum, in nostrorum usum ex Pirkheimero & Sculteto eandem & hic exhibere, dignam & jucundam lectu, *nervosum historiae illius compendium.*

*Clarissimo pariter & doctissimo viro ac domino,
Bihbaldo Pirkheimero, Norimbergensi Senatori, amico &
patrono suo incomparabili S. D. P.*

Quanquam scio occupatiorem te esse reipublica arduis negotiis, quam ut cuiusvis nugae legere sufficiat, non possum tamen committere, ut aliquando tui oblitus videar. Editum est nobis hisce diebus Lipsiae rarum omnino & jucundum spectaculum: Nempe theologorum insignium disputatorius congressus: de quo non dubito quin plura scire gestias. Sed gravissimi morbi, qui me totos quatuordecim dies decumbere coegit, reliquiae, non sinunt rem accuratius perscribi: Tum itineris molestiae, quod ex rei familiaris negotiis ad Treviros insitui, multum quoque alacritatis adimunt. Itaque capita rerum paucis tibi signabo.

XXVII. Junii, qui dies conditus erat, Illustrissimi Principis mei Georgii jussu & sumptu magnificum sacrum mane, omnis generis musica adhibita, in honorem sancti spiritus coeptam. Quo peracto, doctores peregrini, qui disputaturi erant, honestissima schola nostra pompa in arcem deducebantur. Ibi enim spatiosissimus locus in auditorium erat ausus ac tapetis, pulpitis saepe gestisque instructus. Hunc locum armorum civium manus ita obsedit, ut non cuiusvis gregario (confluxit enim ad id spectaculi magna vis hominum, doctorum pariter & indoctorum,) aditus pateret.

Huc ubi ingressum est & concessum, ipse consensu successu, illustrissimi Principis mei nomine disputatores commonui sui officii, longa oratione differens de disputandi ratione, praesertim in re theologica. Quam partem liberius fortasse tractavi, quam ut omnium auribus grata fuerit. Princeps ipse lectam orationem, antequam pronunciaretur, vehementer probavit. Hoc unum mirabatur, esse tam stultos theologos, imo malos, ut locum sacerent ejusmodi reprehensionibus. Eam orationem, Principis jussu editam, hic una mitto. Tu, si quando vacabit, lege & judica. Sed ad rem.

Postea.

Posteaquam ipse peroraram, ribicines pariter & liticines tum can-
sores, dulcissimo concentu canticum illud, *Veni sancte Spiritus, ter modula-*
bantur. Quod ipsum ex meo consilio princeps demandarat. Hic finis
apparatus.

Iam prandii tempus appetebat. Quare disputationis serium ini-
tium in horam secundam dilatum est.

Quod tempus ubi advenit, partes utrinque, pro more theologicò,
simplicitatem suam protestabantur. Martinus hoc adiecit; Se hoc
gravatim ferre, quod ex fratribus Prædicatoribus, qui eam tragoe-
diam primi exsuscitassent, nemo disputaturus adesset: Cum ta-
men in singulis suis concionibus graviter Martinianos errores in
invidiam vocassent.

Commissi sunt primum Caroloostadius & Eccius, par omnino
dissimile. Nam Caroloostadius voce, vultu, gestu, incessuque, modestiam
theologicam præ se ferebat; disputabatque non ad ingenii gloriam,
aut victoriam, sed veri rectique inquisitionem. Quare nihil nisi
adhibitis libris assererat; nihil item ab adversa parte adductum admittebat,
nisi sententiam scriptoris ex præcedentibus & sequentibus collegisset. Quæ di-
ligentia doctis se vehementer commendavit: Indocti timorem & tarditatem
interpretabantur. Eccius contra clamore, vultu militari ac truci, ge-
stu histrionico pene & incessu impetuoso, teroculus quispiam appa-
rebat. Omnia illa externa corporis signa animum parum theologicum
deklarabant. Dixisses Gorgiam quempiam disputare, non theologum. Adeo
leviter & impudenter subinde se jaçtabat. Magnam adeo jaçturam ho-
minis sui apud nos fecit. Levissime asserit, quæ falsa sunt: Impudentissime
negat, quæ pro certo vera; idque cum jaçtatione sui, quo res sit odiosior.

Res fuit Eccio cum Caroloostadio de libero arbitrio: Omnene bo-
num opus proficiscatur a divina gratia, an vero nonnihil etiam de suo con-
ferat humani arbitrii actio? Priorem sententiam Caroloostadius, posteriorem
Eccius tuebatur.

Tum illud jaçtatum: Sine omnis christianorum vita pœnitentia?
Unde fluit, in omni opere suo hominem peccare. Contra quæ nisus est
Eccius.

Porro Martinus negavit, Pontificis Romani potestatem prima-
riam

riam jure divino h. e. sacra scriptura testimoniis posse comprobari. Imo sacerdotem quemvis ex aquo, (quod ad Pauli theologiam attinet) apostolis succedere, habereque facultatem & culpe & pœna remittenda, si necessitas ita ferat. Hic Eccius in adversum multa decreta, multas patrum auctoritates congestit, cum jure divino tantum primatus pontificis esset asserendus.

Ventum tandem est ad sacram anchoram, nempe illud Matth. XVI. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam &c. Hic Martinus petram solidam fidei confessionem interpretabatur, & totum corpus ecclesie cum Origene, aut Christum ipsum cum Augustino. Eccius cum recentioribus, hominem Petrum & ejus successores Eamque expositionem aliquot Bernhards & Hieronymi verbulis decerptis firmavit. Quæ omnia Martinum mire elusi, per hoc, quod toties ecclesia redderetur ἀνεπαρκος, quoties Episcopus Romanus aliquis moveretur. Nam eo tempore, quo necdum surrogatus sit in sedem alius Pontifex, dubio procul ἀνεπαρκος reddi Ecclesiam. Nam quod de Cardinalium cœtu, qui interim agat Pontificem, respondeatur, duplici de causa frivolem esse. Primum quia Cardinales haud ita multa ante secula esse cœperint, qui tamen multa capita faciant, non unum. Deinde, quod que de jure divino statuatur, nullius hominis morte, imo ne colorum ruina interpellari possint.

Jaclata item sunt in disputationis altam indulgentiæ, sed magis pro ludo, quam re feria.

De purgatorio item disceptatum, non quod non esset, sed quomodo erga Deum afficerentur anima in illo supplicio detente.

Ejusmodi contentionibus tres pene hebdomades sunt consumptæ, certe (quantum mihi judicare licet,) majore expectatione quam fructu. Neque enim quidquam est decretum, nec ulla de re partes consenserunt.

Res tota notariorum fide est excepta. Judices disputatis sunt delecti Erphurdenses ac Parrhisienses. Erphurdenses, quantum privatim ex quorundam colloquio conjicere potui, gravatum tanti oneris sarcinam in humeros suos recipient: Cum ob alias causas, tum maxime, quod Eccius optimos quosque & doctissimos theologi ordinis, ut sibi suspectos, a judicio submovit.

Hoc præjudicium vulgo jaclatur, in primatu Pontificis asserendo Eccium se turpiter daturum.

Vivit

Vult est futurum, mea nihil refert. Mihi hoc disceptandi ge-
nūs theatricū nunquam vīsum est mansuetissima Christi doctrīna
dignum. Nec adduci possam ut credam, spiritum sanctum pacis autorem
ad ejusmodi pugnas unquam sese demittere. Christiana theologia veritas ci-
rius impetratur orando, quam inveniatur disceptando.

Habes totam hanc disceptationem, ex tempore a me & negligentissi-
me descriptam. Si qua reliqua sunt, fama ad te pervulsi: Sed vide ne fi-
das. Tam est fidei quam veri tenax, & scis ut *ωολκx̄ τῷ πoλτῆυ νεvā*. Ec-
cius credo ipse isthac transiens te conveniet, & triumphos meros deprā-
dicabit.

Scribo hac ex Erphurdia, nondum reformata valetudine iter fa-
citur. Nescio qua lues undique meum incutit; scio maxime Franco-
furdia, Moguntia: Nec Hesseni ab hac flamma sunt immunes: Per
quos Consuetudinem versus equitare pene statui. Bene vale Clarissime Bili-
balde, & literas tuo patrocinio fovere perge. Quinto Nonas Augusti
Anno M. D. XLIX. Sturionem nostrum pariter & Venatorem saluto.

Tuus Petrus Mosellanus.

Et hæc disputatio inter artes erat Protei, si qua Lutherum
a negotiis quærendæ christianæ libertatis avocare posset. Tenuit-
que Lutherus Proteum valide, nuncio Mosellano, & quem nuper de-
dimus Lembergio. Neque non secutæ aliæ artes, partim violentæ,
partim callidæ, pro emendatione quæ sita declinanda composi-
ta, per multos dein annos tractæ.

Quidni ergo symbolum illorum fatōrum sit Proteus Homeri.
Quem non ex ore populi, sed ex antiquitate recondita, ex Home-
ri pectore promemus, veri studiosi, non traditionis ac popularis
opinionis servi. Dabimus Proteum in lucem, quem longa tene-
brosa & caliginosa secula non potuerantprehendere. Scripti in
Acad. Julia A. 1719. Quinto nonas Augusti.

Pars II.

Reconditæ antiquitatis libertati!

Ceteri

Cetus *Jona*, in quo *tribus diebus & noctibus* hæsit, anam dederat novissime explicandæ longæ traditioni de *ceto Herculis* *trinoctii*, quo eum caractere & *Theocritus* vel *Simmius Rhodius*, in *Ara*, p. 225. insignit. Discrimen ingens inter utramque, sacram & exteram historiam, abunde demonstravimus. In uberioris abstrusæ antiquitatis lucem, pro superiori symbolo, consultum visum & *cetos Protei*, quos *phocas* dicunt, lustrare. Est *Protei historia*, ab Homero cantata, in tot formas ab interpretibus versa, in quot ideas semet convertisse solitum ferunt. Homerum interea intellexit nemo, quocunque universi se verterent interpretes: Quæ est veteris mythologiæ omni ex parte in hunc usque diem fortuna. Veruntamen surgentibus humanioribus studiis, historiæ & geographiæ vetustæ præsidiiis, alia autorum veterum hodie emicat facies, ut videri & audiri tandem aliquando possint. Prehendemus itaque Proteum fortiter, qui cogatur edicere veritatem de se & suis cetis, phocis. Quocunque se verterit, vel in mille se mutaverit formas, fallens & versute decipiens, firmiter prehensus cogetur, missis omnibus speciebus, primam suam nativam recipere personam, & eloqui verum, nihil dissimulans. Antequam ergo fabulas detegamus, per autores eundo, repetendum paucis, quod plus simplici jam vice monuimus, Homero, ceterisque argutis poetis æmulis, morem esse, historiam patriam græcam, quam cantare quisque instituit, in peregrinum ducere theatrum, quasi extra patriæ limites in remotis terris res fuissent gesta: Quod tamen exterorum theatrum ita comparatum, ut analogiam quandam nominis referat cum patria sede. Hac externa poetarum scena detecta, in reconditos patriæ cantatæ recessus licet introspicere, veluti remotis velis. Et in Proteo igitur detegendo, ante omnia scenam externam contemplabimur, dein velo theatri sublato in Homeri pectus introspiciemus, ceterosque vel æmulos vel interpretum præcipuos audiemus, eoque pacto innumerarum formarum fucum mirabimur. Omnia, quantum possibile, concise.

CAP.

CAP. I.

Κάρπαθος, *Carpathus*, celebris maris mediterranei
insula, Protei sedes, pro externa scenæ
spectaculo.

Virgilius dissimulare non potuit, quod alios fugerat, *Proteum*,
deum marinum, imperasse mari *Carpathio*.

Georg. l. 4. v. 337. Est in Carpathio Neptuni gurgite vates,

Cocculus Proteus, magnum qui piscibus equor

Et juncto bipedum curru metitur equorum.

Quod Protei dominium in mare *Carpathium* jubet *insulam*, unde
nomen mari vicino, *Carpathum* conscendere, ejus situm lustrare,
quoad urbem ejusdem nominis *Carpathum*, & portum illius præ-
cipuum, urbi *Carpatho* propinquum, ut & scopulos in portu aut
circa portum, *Phario* insigni inclytos. Quibus inspectis Protei fe-
des pro externa scenâ conspicienda veniet.

Mare *Carpathium* *Strabo* finibus descripsit, l. 10. f. 488. *Verâ*
sus meridiem Carpathium mare attingit Icarium, hoc vero ægyptium: ver-
sus occasum, mare Creticum & Africum. In mari Carpathio multa sunt
de Sporadibus insulae. Poëtis undæ Carpathiæ, pelagus Carpathium, fre-
quentur in ore.

Mari *Carpathio* nomen contigit ab *insula* primaria *Carpa-*
tho, *Strabone* quoque monente, l. c. f. 489. & *Plinio*, lib. 5. c. 31.
Hujus insulæ mentionem fecit *Homerus*, vel quisquis *Catalogi* il-
lius autor, *Iliados* 2. f. 44. δι' ἄρα Νίσυρον τ' ἔχον, Κράπαθοντε, *Quæ*
Nisyrum colebant & Crapathum, insulas. Κράπαθον, metri causa, di-
cum esse pro *Κάρπαθον*, non diffidetur *Strabo* l. c. f. 488. 480.

Insula hæc *Straboni* l. c. *sublimis* est, ambitu *stadiorum* CC.
Ἡ Κάρπαθος ὑψηλὴ ἐστὶ, κύκλον ἔχουσα σαδίων διακοσίων.

Urbes illa habuit *quatuor* juxta *Strabonem* l. c. *τετράπολις ὑπὲρ ἔστι.*

In quibus non exprimit, nisi unam *Nisyrum*, insulæ *Nisyro* cognomi-
nem. Primariam urbem *Κάρπαθον*, unde insulæ & mari nomen,

B

pra-

præteritisse visus. Sed apparet textum esse corruptum. Legitur hodie: Τετράπολις ὑπῆρξεν, καὶ ὄνομα εἶχεν ἀξιόλογον, ἐφ' ᾧ καὶ τῷ πελάγει τὸ ὄνομα ἐγένετο. Videtur restituendum: Τετράπολις ὑπῆρξεν, καὶ μητροπόλις Κάρπαδος ὄνομα εἶχεν ἀξιόλογον &c. Quatuor erant urbes, ipsaque metropolis Carpathus nomen habebat celebre, a quo pelagus etiam Carpathium dictum est. Urbs insulæ, insula mari nomen dedit. Scylaci τρίπολις, trium oppidorum. Ptolemæo inter urbes ποσειδωνίου, Posidium sive Neptunium. Duo quoque promontoria illi nominata, Thoanteum, & Ephialteum.

Sed hæc omnia nondum sufficiunt pro integra insulæ & urbis Carpathi facie cognoscenda. Nostra secula, sculptorum & geographorum artibus exercitiora, plenam in *tabulis ari incisiss* exhibuere totius insulæ omniumque urbium, promontoriōrum & & portuum frontem. Luculenta hæc in *Descriptione Insularum Archipelagi*, autore Dappero, *Amstel. 1688.* Argumentum breve concinnare operæ pretium. Hodie insulæ nomen *Scarpanto* aut *Zerfanto*. Vocata insula quoque Dappero *Pallenia*. Cujus appellationis origines a Dappero allegatæ plures, pro interpretum discrepantia: Aliis a Palleno Titanis filio, primo insulæ domino; aliis de Pallade, quæ hic sit educata; aliis a Pallene Macedoniæ oppido, unde natus sit Proteus, primus insulæ herus. Undecunque hauserit Dapperus, *Carpathum* dici *Palleniam*, videtur latentem poetarum mythum non attendisse. Ajunt *Proteum ex Pallene Macedoniæ* aut *Thraciæ*, ex peninsula inter sinum Thermaicum & sinum Toronæum, fuisse ortum. Veruntamen hæc pro theatri externa forma, quæ peregrinum solum sistit, ut verum fundum tegat & dissimulet. Poëtis, qui insulas, peninsulas, & exteras ad mare aut trans mare regiones nominatenus ad Boeotiam referunt, quæ illis in scena pro Oceano, *Thracia* est *Tanagrensis* ditio. Atqui in Tanagrensis est vicus *Poloson*, *Pausania* f. 749. Hæc *Poloson Tanagrensis* nomine extero *Pallenes Phlegra* in Macedonia illa aut Thracia effigiatur. Quomodo reapse illis autoribus, qui Proteum ex *Pallene* Macedoniæ oriundum dixerunt, est *Poloson Tanagra* in mente. Quod Dappero incidere non potuit. Nomina *Tetrapolis,*

polis, vel & *Hepiapolis*, a numero urbium in insula Carpathus Sporadum una: Sita inter Cretam & Rhodum. Distat ab orientali extremitate Cretæ 50. milliariibus italicis. Ambitus insulæ 60. milliariarum italicorum, aliis 70. cum Straboni essent non nisi 24. circiter. Situ edita, oblonga fere, ob ortu in occasum protensa, excelsis montibus se efferens. Quam insulæ urbem Ptolemæus vocaverat *Pofidium*, dein appellatam esse *Fianti*, maritimam, ab austro, nunc deletam, monet Dapperus, ruinis reliquis. Prope portum *Tristanum*, insulæ præcipuum, castellum cum suburbio ejusdem cum insula nominis, *Carpathus*, *Scarpanto*. Montes, *Anchinata*, oro, & *Eliæ*, in aërem assurgentes, ad meridiem, ad medium insulæ accedentes. Ad boream mons *Gomalo*, ubi quondam urbes *Meneti* & *Korachi*; uti aliæ duæ urbes *Tuetho* & *Arcassa* in aliis insulæ locis. Nomina interim, ut numerus urbium, nullis fere seculis paria, ex cladibus & fatis. Promontoria extrema *Fanaria* s. *Pernisa* & *Sidro*, ad ortum & occasum. Pertus commodi præcipui tres. *Trihomus* prisca, nunc *Tristanus*: Quem portum tegunt scopuli, nomine *Pharia*. Forma illius semicircularis, ad speciem lunæ cornutæ. Portus alter *Cheatro*, *Grato* vel *Krato*; ab utroque cornu quondam sita oppida *Thucto* & *Arcassa*. Ex graminis exuberantia magni pecorum greges. Et hic fodinæ ferri & maris. Hic piscatura præstantis coralii.

Hæc insula *Κάρπαθος*, *Carpathus*, ex verissima Virgilii sententia, *Protei sedes*, pro scena Homeri externa, ad ludendos spectatores imperitos, qui in Proteo spectando Carpathum in oculis habeant.

Ut scena externa formanda artificium pelluceat, meminisse oportet, poetas in externa scena formanda vel discrete nomen regionis aut urbis peregrinæ retinuisse, vel illam molliter inflexisse ac mutato nonnihil nomine submonstrasse potius. Alibi discrete Phrygiam, Egyptum, Æthiopiam, nominant, alibi nomina aliquantisper apposite mutant, ut spectatori vel lectori majus cognoscendi desiderium accendant, & imperitos callidius circumducant.

Proteus hic *Carpathi regimen aut magistratus*, quoad insulam & metropolin. Nomen *Carpathi*, pro scenæ scopo, perapte transfusum in nomen *Protei*. Quæ mollis nominum inflexio, in regionibus & populis effigiandis, Poëtarum anima. *Proteus* est *Carpathius*. Neque verò nomen *Protei* seu *Carpathii* est nomen viri aut personæ unius, sed nomen gentis, regiminis & magistratus.

Quo pacto *maris quoddam imperium* Proteo tributum, quia *Carpathus* amplo maris *Carpathii* spatio nomen dedit, insula florente & celebri. Omnia pro scena externa. Deus aut gubernator marinus, insulanus, *Proteus*, *Carpathius*.

CAP. II.

Κώπαι, *Copa*, oppidum *Boeotiæ*, ad lacum *Copaidem*, ad boream, *Protei* nativa domus, *Copaicorum* sedes, pro *Homeri* scopo.

EXterna scenæ umbra *Proteum* sistit spectatoribus in insula *Carpatho*, illius domium, *Carpathium regimen*: Sed poëtarum scopus est externo illo *Carpathii*, insulæ, urbis, & regiminis specie & colore, adumbrare urbem *Boeotiæ* vetustam & inclytam, *Κώπαι*, *Copas*. Quia *oceanus*, mare, poëtarum cantu est *Boeotia*, *Ogygia*, ut in *Hercule ex Carcharia* nuper demonstrare contigit, urbes & provincie *Boeotiæ* pinguntur a poëtis effigie insularum, aut maritimarum exterarum regionum. Quem Poëtarum genium & scopum attendisse est in arcana illorum penetrasse.

Quando igitur *Copa* ab *Homero* cantandæ, illius urbis effigies sistitur insula *Carpathus*, & hæc quidem iterum sub peplo *Protei*. Quomodo *Proteus*, pro scopo & interna scena, sub umbra *Carpathi*, est urbs *Boeotica Copa*.

Homerus in decantato catalogo, vel illius nomine autor in *Boeoticis* urbibus *Κώπαι*, *Copas*, nominavit. *Strabo* situm ad lacum *Copaidem* definiivit, l. 9. f. 406. Existimavit *Strabo* urbem *Κώπαι* dictam

dictam a remis, quibus videretur opus, cum urbs lacui adiacens ex incrementis maris per Cephissum metueret inundationem; quæ mera conjectura: Interim de situ recte: Πηλοσάρπιος ἐστὶν ἐπὶ τῇ κοπιᾷ λίμνῃ, *facet urbs Coparum adversus boream ad lacum Copaidem: Quod & Plinius affirmat. Lacus dictus κοπιᾷς Copais, ab urbe Coparum.*

Prope Copas terra ortus hiatus, qui fluvio Cephisso subterraneum aperuit meatum, ut a longo terræ spatio iterum emergeret, Strabone observante, f. 406. Χάσμα, γεννηθὲν πρὸς τῇ λίμνῃ Πηλοσάρπιος τῶν Κοπιᾶν, ἀνέωξεν ὑπὸ γῆς πόδιον ὅταν τετακτοῦσα σάδιον, καὶ ἐδέξατο τὸν ποταμὸν. Ἐτα ἐξέπηξεν εἰς τὴν ἐπιφάνειαν κατὰ Λαργύμαν τῆς Λοκίδος, τῆς αἰῶ. Non procul a Copis hiatus terra factus, amni alveum aperuit subterraneum; eumque ad XXX usque stadia producens, in superficiem erumpere sinit apud Larymnam Locridis, qua superior dicitur. Alia enim est Boeotica Larymna, ad mare sua, ideoque Romani superiorem dixerunt. Loco nomen est Anchoë, eodemque nomine lacus, ibique demum Cephissus in mare exit.

Quod inquam Homero pro externæ scenæ spectaculo est Carpathus, in oculis spectatorum aut lectorum, est pro scopo latente, prudentibus & perspicacibus perspicendo, urbs hæc Boeotica Copas. Illud vestis, hoc corpus. Illud pro theatro, hoc pro consilio & mente. Carpathium dixit Proteum, voluit Proteum intelligi Copaicum, Proteus pro Carpatho, Carpathus pro Copis, adeoque Proteus, pro Copis, sive magistratu Copaicu. Hæc illa ingeniosa & artificiosa nominum inflexio, regionumque visâ permutatio. Res patriæ tecta velo extero & larva peregrina, sine vitio, arte iusta & admiranda.

Quandocumque igitur poëtis sermo est de Proteo, & illius rebus, extrinsecus ostentatur Carpathi insulæ & urbis magistratus, sed interne intenditur Coparum Boeoticarum regimen. Quod in profundas Homeri & Poëtarum tenebras lumen clarissimum.

Nec adeo Proteus nomen & idea viri unius, nisi in theatro externo, personæ alicujus larvæ, sed nomen gentis Carpathiæ sub persona foris comparente, Copaicæ ex intentione tecta.

Quod artificium Poëtarum, ex nominum & gentium analogia, pro usu scenæ, & artis dicendi ac pingendi beneficio aut jure.

Etque pæto Coparum magistratus Proteus *deus marinus*, quia Copæ in *Boeotia* sita, hæc vero *mare* poëtis. Et *dei marini* aut *Boeotici* nomen, pro *involito regimine vetusto*. Uno nomine, *Proteus* in scena, *Carpathia* gens, extra velum *Copaica* natio. Sunt qui *patriam* Proteo tribuant *Pallenen*. Quod si juxta Dapperum *Carpathus* insula esset vocata *Pallenia*, nihil esset dubii. Sed videtur *Dapperus* non sensitse mythum. Ex *Poloson* *Tanagræ* ortus, ut dictum supra.

Proditum porro, Proteum fuisse filium Neptuni & Phœnicæ Nymphæ: Quod est, *Copaicos* originem traxisse ex *Thebis* *Boeotiæ* & *Phœnicæ* urbe *Boeotiæ* ad lacum *Copaidem*; coloniam fuisse ex *Thebanis* & *Phœnicibus*, utrisque *Boeotis*. Aliis *Proteus* ex *Oceano* & *Thetye* natus, colonia alia *Copaica* ex *Ogygiis* *Thebanis* & *Anthedoniis* *Boeotis*. Ut in eadem urbe diversæ sæpe coloniarum.

Uxor Protei *Psamathe*; *Psamathe* fons *Thebarum*. Hæc *Thebana* gens juncta *Copaicis*, pro coloniis ducendis. Unde & Protei fuere *liberi*, quando *Copaici* colonias miserunt: in quibus *Idothea*, colonia *Atamantia*.

Aliis uxor Protei est *Torone*, quam ex ægypto in patriam *Phlegram* *Pallenes* profectus uxorem duxerit. Quæ *Torone* est colonia quædam *Tanagrica* in *Boeotis*. Nomen illi datum *Toronæ*, quia in *Macedonia* supra peninsulam *Pallenen* sita urbs *Torone*, unde sinus illi vicinus dictus *Toronæus*. Peregrinum autem illud *Thracicum* nomen pro externa scena, cum *Tanagrensis* regio poëtis sit *Thracia*. Ex ægypto igitur, *Thebana* ditione, *Copaica* hæc futura colonia sibi sociavit partem ex *Tanagræis* civibus. Circumferbitur adeo *Tanagra* nomine urbis *Pallenes* *Phlegræ*, quæ itidema in peninsula *Pallene*. In primis quod *Tanagræ* vicus esset *Poloson*, uti dictum. Huc illa analogia, *Poloson* *Tanagra* & *Pallene* *Phlegræ*.

Ex qua uxore *Torone*, Proteo f. *Copaicis* juncta gente vicina, quæ

quæ in colonias ducendas consensit, genuit Proteus, Copaicus, duos filios, duas ablegavit colonias: *Tmylum*, sive Mycalessium, quæ Mycalessus Tanagræ oppidum, quorsum prior illa colonia ducta, & *Telegonum*, alterum *Mycalessium*, cum in idem oppidum eundemve locum diversæ successu temporis deferrentur coloniæ, alio nomine.

Hi duo Protei, Copaicorum, degeneres filii, Mycalessiæ coloniæ, adulti cœpere peregrinos crudeliter interimere. Quorum sævitiam Proteus, illorum parens, iniquissime tulit: Copaicis ægre ferentibus Mycalessiorum illorum truces mores. Fertur Proteus ex dolore animi petivisse a Neptuno, ut in ægyptum ad Neptunum redire liceret: Quando Copaicis quibusdam Thebas redire placuit unde venerant. Neptunus e quadam Pallenes hiata speluncam sub mari dicitur fecisse, per quam rediret sciens in ægyptum Proteus. Prope Copas terræ quidam factus est hiatus, observante Pausania, qui & fluvium absorberet: Quorsum illa traditio collimaverit. Ex Pallene vero Thraciæ hoc est ex Poloson Tanagræ, iter in ægyptum h. e. Thebas. Hercules, cum audivisset horum crudelitatem in hospites, hos sustulit & interfecit: Heracleotæ, in Boeotia frequentes, has Mycalessias colonias deleverunt. Proteus cum rescivisset, Copaicus illa cæde coloniarum cognita, neque ploravit, quia filii degeneres, neque risit, quia filii. *V. Natalis Comes, p. 556.* qui traditionem ex Theopompo recensit, tamen non intellexerit.

Conon vero, in *Narrationibus*, p. 272. aliis quibusdam circumstantiis historiam refert: *Europa, Phœnicis filia, e conspectu sublata, pater filios ad sororem investigandam misit.* Quando Acraphiensis quædam colonia, Acraphiensium civium pars, ad lacum copaidem in Boeotia, orta ex oppido Phœnicæ Boeotiæ, ad lacum itidem Copaidem, sub monte ejusdem nominis Phœnicæ, (de quibus nos in Cadmo egimus,) erat vi ab Eleis pro colonia conficienda subducta, ad vindicandum ac liberandum illos a Phœnicibus Copaicis missi plures. *In his etiam Cadmus fuit, cum quo & Proteus, Busiridis tyranni dem veritus, ex ægypto trajicit.* Inter persequentes fuere & Cadmei

Cadmei Thebani in Boeotia & Copaici Boeoti, Thebani imperii metu Thebis ingressi. *Post varios errores, nihil inveniētes, in Pallemas venerunt, Cadmei & Copaici per Boeotiam vagantes, ad Acræphientes abductos quærendum & reducendum, irritò omni studio, in Poloson Tanagra, haud longe a Thebis, venerunt. Clite, rex prudens & justus, Sithonum Thracia populorum rex, Proteum hospitalibus muneribus excepit. Amicitiaque inita Chrysonoen filiam suam Proteo dedit uxorem. Delii in Tanagrensi ditione, (Delium in finibus Tanagræ ad Euripum) Copaicos benigne exceperunt, & pro colonia ducenda Copaicis concesserunt Tanagrensium turbam aliquam. Bisaltas Thracas bello infestavit Clitus & Proteus: Delii & Copaici Mycalessiis, Tanagrensis soli aut fundi, arma intulerunt. Proteus, illis villis, regionis imperavit: Copaici, Mycalessiis superatis, illam regionem novis colonis, veteribus pulsis, impleverunt. Proteus duos tunc genuit liberos, patri dissimillimos, crudeles admodum & injustos: Duas Copaici colonias Mycalessum miserunt, homines feroces & indomitos. Hi dein ab Hercule ob improbitatem occisi sunt. Hi novi Mycalessiis coloni ab Heracleotis in Boeotia versantibus delecti. Patens ipse tumultum suis effodit, Herculemque cade pollutum expiavit: Copaici Heracleotis eo facto non infensiores redditi.*

CAP. III.

Φῶκαι, Phoca, vituli marini, ceti, Carpathius populus; Protei grex, pro scena exteriore: Copaici cives sub Copaico dominio, pro poetarum mente.

Fertur Proteus duxisse & pavisse phocarum greges: quod pro scena jucundum & mirabile visu. Phocas, vitulos seu boves marinos, quoad formam & partes descripsit ex aliis Schortus, *Mirabilium* f. 1370. seqq. Viderit cui libet; nos omnia strictim. Monstra sunt marina, pelle durissima, animalia amphibia, quæ capite vitulos referant; dum in terris & aqua vivunt, in terra nascuntur, sed in aqua

aqua potissimum degunt; in agris quoque, vinetis & pomariis, in littoribus victum quærunt, sed ad mare redeunt. Solis calorem amant, in siccis cubant, & magnis cum ronchis in terra dormiunt. Pedes habent, sed perbreves, qui in articulos digitorum abeant, pro usu in undis.

Non sunt pisces, sed animalia quadrupedia, ut sunt amphibia, appellantur a poetis *xírny, ceti*, quod sint juxta quosdam proprie ita dicti ceti, qui ex grandium piscium genere, vel potius quod pro magnitudine cetorum immanium piscium quandam referant insignem quantitatem. *Cetacea* alias talia *monstra* audiunt *marina*. Ufus vocum valet sicut nummi. Pariunt catulos in terra, quos brevi deducunt in mare. Habent mammas, & lac, quod præbent catulis. Plorant & ululant, si illis fiat ægre. Conf. *Boch. Hieroz. Part. I. Cap. 47. f. 45. seqq.*

Harum phocarum ingens numerus fertur circa Carpathum degere. Hinc poetarum artificium, *Proteo* dandi *phocas* pro gregibus, cum phocæ ex mari in terram ascendant, ibi pascant & dormiant; In insula vero Carpatho pascua sæcundissima, nuncio Dappero, unde gregum, majorum & minorum pecorum, numerus. Pro qua regionis conditione *Carpathius populus*, analogia nominis & rei juvante, poetis nomen *phocarum* impetravit. *Phocæ Protei*, sunt *Carpathii* sub magistratu Carpathio aut insulæ Carpathi. Atque hoc pro scena foris apparente.

Uti scopus poetarum, *Proteo Carpathum* primum dein *Copas* Boeotiæ effigiandi, ita & *phocis carpathios*, & per hos designavere *Copaicos, Copaicam plebem*. Atque hæc poetis *phocæ*, *monstra marina, ceti, Boeoti*.

CAP. IV.

In Homerum, qui primus *Proteum* & *phocas* in scenam produxit, *Copaicorum* in Boeotia historiam recensens.

O *Dysea lib. 4.* Ulyssis filius Telemachus ex Menelao sollicitè quaesivit,

sivit, numquid de Ulyssæ absente inaudivisset. Ut desiderii illius satisfaceret, refert Menelaus, quæ ex *Protei* aliquando ore accepisset. Quæ longa admodum *Protei historia* non finit hac vice, pro dictionis compendio, quod jam delegimus, res *Ulyssis*, Pandosia gentis in Thesprotia, præmittere, quas in *Equo Trojano* subindicavimus. Sufficiet, produxisse Proteum ex mari, ex nebulis, ex figuris, ex larvis, in lucem. De *Menelao* interim scire juvat, cum esse *Melitaensem* in Phiotide populum, sub idea & umbra *Lacedæmonti* aut Spartani regis, ut scenas poetæ artificiose mutant. Hujus uxor *Helena*, urbs antiqua *Hellas*, Ἑλλάς, in Phiotide, Melitæensibus confœderata. Melitæenses armis Hellada vindicaturi, *Andreidi* seu orchomeno arma intulerunt, quorum *Helladis* colonia fuerat abducta. Andreide decem annis obsessa & expugnata, Thessali, Phiotæ, Thesproti, arma, per Boeotiam circumtulerunt. Melitæensis ergo memorat, quæ ex *Copaicis* accepit de Ulyssis, Pandosii, turma hinc inde per Boeotiam vagante.

Ἄλλὰ τὰ ὄψ' μοι εἶπε γέρον ἄλιον νημερτῆς,

Τῶν ἑδὲν τοι ἐγὼ κεύψω ἔπος, ἕδ' ἐπικύσω.

Ea, quæ mihi (Menelao) dixit senex marinus verax,

Horum nentiquam tibi celabo dictum nec occultabo.

Theatrum externum hujus rei gestæ sistitur *Carpathus* insula, sub velis latet urbs *Coparum* Boeotiæ. Senex marinus, *Proteus*, Carpathius præses, pro exteriori scena: *Copaicæ* gentis antistes, pro scopo. *Marinus*, quia *Carpathus* insula mediterranei maris; *Copa* in Boeotia, quæ pro mari. *Senex*, γέρον, pro Carpathi & Coparum vetustate & honore. Quod inquit accepi ex *Copaicis* antistitibus, cum Ulyssis Pandosii exercitus per Boeotiam commicaret, enarrabo fideliter.

Ἀιγύπτῳ μ' ἐπὶ δεῦρο θεοὶ μεμαῶτα ἰέεσθαι,

ἔχον, ἐπεὶ εἰ σφιν ἔρεξα πλεῖστας ἐκατόμβας

Οἱ δ' αἰεὶ βέλοντο θεοὶ μεμῆσθαι ἐφ' ἐταμέω.

In ægypto me dii, cum huc tenderem, in patriam Phiotidem, Detinuerunt; quoniam ipsis non exhibueram legitimas hecatombas:

Ἴψε

Ipsi enim dii volunt nos esse semper memores præceptorum.

Aegyptus pro externo theatro, *Theba Boeotica* pro sensu latente. Poëtis namque *ægyptus* est *ogigia Boeotica* circa Thebas. In *ægypto*, hoc est a Thebanis Boeotis, cum suo populo detentus Melitæensis, Phitioticus cœtus, ubi non vifus respondisse omnium Thebanorum votis.

Νῆσος ἔπεινά τις ἐστὶ πολυκλύσῳ ἐνὶ πόντῳ.

Insula dein quadam est valde undoso in ponto.

Carpathus insula, in medio mari mediterraneo, Sporadum aliqua, magnitudine insignis, inter Cretam & Rhodum. Hæc pro scena. Revera *Copa* designatæ in *Boeotia*, quæ poëtis pro mari. Multæ Boeotorum urbes insularum idea in scena a poëtis sistuntur, sive diserto insulæ nomine usurpato, siæ nonnihil ut apud illos moris inflexo. In quo metonymiæ artificio Homeri theatrum præcipuum. Clavis Homeri recondita, insulam vidisse pro scena Homeri externa, & subindicatam Boeotiæ urbem perspexisse.

Κιχόντιν ἀπὸ πύργου, ἀντὶ τὸ ἀγύπτου,

Est *Carpathus* sita e regione *ægypti*, ad plagam borealem, non proxime in littore, quod non asserit Homerus, sed pro magnarum in mari insularum situ, in plaga versus *ægyptum*, etiamsi longe inde adhuc absit. *Carpathus ante ægyptum*, foris in scena: *Cope*, quæ versus *Thebas in Boeotia* respiciunt, ex intentione. Hæc circumscriptio *Carpathi*, pro theatro, urbis *Coparum* Boeotiæ, pro historia. Plebis inter legendum oculi hærent in externa umbra, sed peritorum animi per umbras & larvas penetrant in intimos historiæ recessus.

Φάργον δὲ ἐ κικλήσκασιν,

Pharum vero ipsam vocant.

Non hæc *Pharus* Alexandriæ proxime ante *ægyptum*, sed ipsa insula *Carpathus*, in cujus maximo portu, semilunaris formæ, scopuli portum protegentes dicti *Pharia*, vide supra cap. 1. Hinc illud Homero nomen *Phari*, in insula *Carpatho* describenda. Quod non animadvertenter interpretes universi, ut dicendum postea, quos nomen *Phari* tesellit, cujus æquivocatio illis non subleuit: Unde his immensi scrupuli de planissimis Homeri verbis subnati, quos

nemo eximere posset sine erroris caractere Homero impresso, qui ipsi grandis erroris rei.

Τόσον ἀνευθ' ἔοσον τε πανημερῆ γλαφυρῆ νηὺς

ἦνυσεν, ἢ λιγὸς ἄρως ἰπτανύισιν ἐποθεν.

Tantum semora (Pharus insula ab ægypto) quantum tota die cavæ
navis

Consicit, cui stridulus ventus adspirat a præpi.

Verissima Carpathi descriptio quoad distantiam ab ægypto, quod iter diem æquet aut superet integrum, vento etiam secundo. Quod longum omnino iter navale, quo longissime ab ægypto navis sit provecta. Vide infra in Bochartum. Quod ad *Pharum Carpathi* exacte quadrat, non pharum in littore ægypti. Quod cum non meminissent Strabo ceterique omnes, mirum quam hic se torserint, ut suo ostendimus loco. Nihil hic verius Homeri descriptione, quoad situm & distantiam ab ægypto. Et *Copa* longius distat a Thebis Boeoticis.

Iter *diurnum* navale habetur mille & ducentorum stadiorum, sive 171. milliarium italicorum, aut 42. circiter milliarium germanicorum, vide infra in Aristide.

Est autem iter *diurnum*, *diei noctisque*. Duorum dierum iter navale duobus millibus & quadringentis stadiis æstimatur. Quomodo *Dionysius Periegetes*, quando in Ponto Euxino duo promontoria sibi opposita, unum Carambin in littore Asiatico, alterum Criumetopon in littore Europæo, ratione distantie describit, *distare dicit navigatione in tertium diem*, quæ mensura est *duorum millium & quingentorum stadiorum*. *Dionysius*, p. 24. 25.

Μέοσαι δ' ἔνθα καὶ ἔνθα δύο ἀνέχουσι κολῶνας

Ἡ μὲν, ὑπεριοπίη, τὴν τε κλείουσι κάραμβιν,

Ἡ δὲ, βορειοπέση, γαίης ἰπὲρ εὐραπέης,

Τὴν ῥε περιεκτίουσι κρηῖ καλίουσι μέτωπον.

Δὲ τε ἄμφω ξυνίασι ἐναντία. εἰ μὲρ ἐῴουσι

Ἐγγύθεν, ἀλλ' ὅσον ὀλυὰς δὴν τρίτον ἡμᾶρ ἀνύουσι.

Media hinc & inde duo eminent promontoria:

Alterum quidem *super australe*, quod vocant *Carambin*,

Alterum

Alterum autem magis boreale, terram super Europæam,

Quod quidem accolæ Arietis vocant frontem.

Quæ ambo cœiunt adversa, cum tamen non sint

Vicina, sed quantum itineris navis in tertium diem conficeret.

Strabo, l. 2. f. 124. 125. stadia illius navigationis metitur, 2500.

Est, inquit, Pontus hic quadammodo bimaris. Nam ad medium fere ejus procurrunt duo promontoria, alterum ab Europa & septentrionalibus locis, alterum huic oppositum ab Asia, quæ in arctum contrahunt mare, in medio situm, inque duo magna maria totum dividunt. Promontorium quod ab Europa procurrit, nomen est Criuemetoron, quod ab Asia, Carambis: Διέχοντι ἀλλήλων πρὸς Διοχίλις σάδιος καὶ πανταχοῦσις, distant inter se ad 2500. stadia.

Ex Strabone, nomine τῶν παλαιῶν, illo non nominato, rem hanc summatim repetit Eustathius in Dionysium, p. 25. Κατὰ μέσον αἰγυπιοῦ διὸ περὶ σπίντουσι, διέχουσι ἀλλήλων πρὸς Διοχίλις πενταχοῦσις σάδιος, καὶ συνάγουσι τὸν μεταξὺ πόντον, καὶ ποιεῖσι δύο πελάγη μεγάλα.

Ex quibus distantia insulæ Carpathi ab ægypto, ex dimensione Homeri, navigii unius diei, vento secundo, facile dignoscitur, ducentorum & mille stadiorum, Aristide confitente. Atqui situs Carpathi, inter Cretam & Rhodum, illam Carpathi ab ægypto distantiam denunciat. Carpathus extremitate sua boreali a Rhodo non nisi centum stadiis distita, juxta Scylacem, ad austrum & occasum: Aut 200. ab extremitate australi, cum Carpathi longitudo esset 100. Tam prope Carpathus Rhodo. Porro ad occasum & austrum, Carpathus ab insula Caso 70. stadiis, Casos a Creta 250. stadiis, juxta Strabonem, f. 489. Adeoque Carpathus a Creta distat 320. stadiis, 42. milliariibus italicis, decem germanicis circiter. Dappero angulus australis Rhodi a boreali angulo Carpathi distat septem circiter milliariibus germanicis, V. in Rhodo, f. 1.

Lucem ampliorem affundet situi Carpathi, quoad distantiam ab ægypto, situs Rhodi, quoad distantiam ab Alexandria ægypti. Ex Hlidoro apud Plinium refert Dapperus fuisse ad Rhodum ab Alexandria 578000. passus, sive 578. milliaria Italica, 144. germanica,

manica, circiter. Sed Eratostheni apud Plinium minor distantia: 469000. sive 469. mill. Italica, 117. germanica, præter propter. Sed illa itinera plerumque per littora aut alias insulas, non recta via, adeoque per longos Asiæ minoris Syriæque aut alios anfractus. Unde illi major alteri minor quantitas, pro diverso per littora aut per insulas iter navale. Hodie, pro majori maris cogniti usu, in mappis marinis non nisi 80; vel & aliis non nisi 70. miliaribus germanicis distat Rhodus ab Alexandria.

Pro veteri igitur, tempore Homeri nondum exulta admodum navigandi arte, ab *Ægypto ad Carpathum*, iter diei integri cum nocte, 42. miliarium germanicorum, cum recta ire nondum ubique in magno & alto mari nossent, æquam designat distantiam.

Ἐν δὲ λιμῆν ἑσορμῶ, ὅθην τ' ἀπὸ νῆας εἰσάσας

Ἐἰς πόντον βάλῃσιν, αἴφουο ἀμεινο μέλαν ὕδαρ.

In ea portus portuosus, unde naves aquales

In pontum deducunt, postquam hanferunt nigram aquam.

Et hic portus *Carpathi*, non Phari *Alexandriæ*; ut sunt insulæ *Carpatho* plures capaces portus, ita optimus & spatiosissimus tutissimusque est *Trithomus* aut *Tristanus* hodie, ubi scopuli *Pharia*. In insula *Carpatho* aquæ dulcis copia, quam inde nautæ petant, in *Phario* *Alexandriæ* nulla. Descripta hæctenus insula *Carpathus*, pro visibili spectatorum lectorumve specie, submonstrata urbe *Coparum* in *Boeotia*.

Ἐνθά μ' εἰκοσὶν ἡματ' ἔχον θεοὶ. ἄδὲ πρὶτ' ἔργα

Πνεύοντες φαινοῦσ' ἀλιάνες, οἳ ἐσ' π νηῶν

Πεμπτες γνοντες ἐπ' εὐρέα νῶτα Ἰουλιῶσης.

Illic me viginti diebus detinuerunt dii, neque unquam venti secundi
Spirantes apparuerunt marini, qui sane navium

Ductores sunt super lata dorsa maris.

In *Carpatho* insula viginti vel multis diebus hæsit *Menelaus* cum suis, pro secna apparente: *Copis* hæerere coacti, in *Boeotiæ* finibus ad occasum, fortuna refragante, ventis non adspirantibus, ut in *Boeotia* pergere nequirent.

καὶ

Καὶ νῦν κεν ἦναι πάντα κατέφθιτο καὶ μίε' αἰδρωῶν,
 Εἰ μὴ τις με θεῶν ὀλοφύρατο, καὶ μ' ἐσπῶσε, (ἐλεησε,)
 Πρωτεύς Ἰφθίμης θυγάτηρ ἀλιεῖο γέροντος,
 Εἰδομένη.

*Et fortassis viatica omnia corrupta essent & animi vinorum,
 Nisi me aliqua dearum respexisset & mei miserta esset.
 Protei gloriosi filia marini senis
 Edothea.*

Hæsit diutius votis Melitæensis cœtus apud Carpathios, i. e. apud Copaicos, tantum non in servitutem redigendus, fortunæ adversitate. Protei filia consuluit bene. *Proteus, Carpathius, regimen Carpathiorum, Copaicus senatus. Filia Protei, colonia Carpathiorum, i. e. Copaicorum.* Atqui prope Copas erat regio *Athamantiorum*. Hic colonia quædam *Copaica* cœpit favere Theffalis, Menelao & suis. Hæc illa *Edothea*, filia s. colonia Protei s. Copaicorum. Qui *Proteus marinus senex*, uti Carpathus in mari ita Copæ in Boeotia, in honore. *Thucio* urbs quondam Carpathi, *Athamantiis* Copis vicini.

Τῇ γὰρ ῥα μάλιστ' ἔγε θυμὸν ὄρμα
 ἢ μ' αἴω ἔρροιτι συνήντητο νόσφιν ἐταίρων,
 Αἰεὶ γὰρ ὡς ἦσαν ἀλώμενοι ἰχθυόσασκον
 Γναμπτοῖς ἀγκίστροισιν. ἔθρεξε δὲ γαστέρα λιμός.
*Huic sane potissimum animam commovit
 Que mihi soli inter eundem obvia fuit seorsim a sociis.
 Semper enim socii circa insulam errantes piscabantur
 Curvis barnis: domabat enim ventrem fames.*

Ex Carpathiis quibusdam incolis, i. e. ex Copaica Athamantiæ colonia, fortunæ spem accepit, Copis emigrandi, & fortunæ illius asperitatem effugiendi. Piscatura sociorum circa Carpathum, pro fame sedanda, est difficultas fati in illa peregrinante turma apud Copaicos.

ἢ ὃ ἐμὲ ἄγκι τῶσι ἔπος φάτο, φάησέν τε.

Νήπιον

Νῆπι' εἰς ᾧ ζεῖτε λίην τίσον, ἢ χαλίφρων,
 Ἡὲ ἐκὼν μεθεῖς, καὶ τέρεται, ἀλγέα πάσχων,
 ὧς δὴ δῆθ' ἐνὶ νήσῳ ἐρύκεαι, ἔδε τι τέμαρ
 Εὐεμέναι δόνασαι; μινύθῃ δὲ τοι ἦτορ ἐπαίρων.

Hæc prope mihi adstans verbum dixit:

*Stultus es, o hospes maximo opere, aut remisso animo,
 Aut sponte cessas, & delectaris dolores ferens:*

*Qui certe diu in insula detineris, neque ullum finem
 Invenire poteris. Minuitur autem tibi pectus sociorum.*

*Alhamantii Copis vicini, nomine Edothea, consuluerunt Thessalis
 illis, Copis subsistentibus & duriter viventibus, esse abeundum
 Copis, velut ex Carpatho insula, cum molestia nullum videatur
 habitura finem, animis diuturnitate adversorum frangendis.*

ὧς ἔφατ'. αὐτὰρ ἐγὼ μιν ἀμειβόμενος προσέειπον.

Ἐν μὲν τι ἔργῳ, ἧς σὺ περ ἐοσι θεάων,
 ὧς ἐγὼ ἄτι ἐκὼν καπεύκομαι, ἀλλὰ νυ μίλλω
 Ἀθανάτης ἀλιτίδαι ἢ ἕρῳν ἐυρὺν ἔχουσα,
 Ἀλλὰ σὺ περ μοι εἰπέ (θεοὶ δὲ τι πάντα ἴσουσιν)
 Ὃς περ μὲ ἀθανάτων πιδάα καὶ ἔδῃσε κελεύθε
 Νόσον θ', ἃς ὀπὶ πόντον ἐλεύσομαι ἰχθυόεσσα.

Sic ait. Ceterum ego respondi:

*Sane dicam tibi, quacunque tandem sis dearum,
 Quod ego nequiquam voluntarius detineor, sed videor
 Immortales offendisse, qui cælum latum habitant.
 Sed tu mihi dic, dii enim omnia sciunt,
 Quisnam me immortalium impedit & moratur iter
 Reditumque, ut in pontum veniam piscosum.*

Asperioris fortunæ causa in supremam refertur providentiam. Ni-
 hilominus externa quædam specialis quæritur ratio longioris adver-
 sitatis apud Carpathios, h. e. Copacos, ex quibus non videantur
 elucatur, ut iter per Boeotiam, h. e. pontum, possint profsequi.

ὣς ἐφάμην, ἣ δ' αὐτίκ' ἀμείβετο διὰ θυάων.
 Τοὶ γὰρ ἐγὼ τοὺς ζῆναι μάλ' ἀτρύχως καταπέζω.
 Illa vero dea statim respondebat:

Ego omnino tibi, o hospes, vera enarrabo.

Edothea, sive Thueteses Carpathii, i. e. Athamantii, Copaicis generis, afflictis Thessalis salubre dare consilium instituerunt, ut cognoscerent, quod esset adversitatis principium & quis finis.

Παλιταί τις εὐεργόρων ἄλιος ἡμερῆς
 Ἀθάνατ' ἔρω, πρῶτος δ' ἰγόντι, ὅτε θαλάσσης
 Πάσης βένθησι οἶδ' ἰσοδιῶν ἰσοδιῶς
 Τόδ' ἐμὸν φασὶν πατὴρ ἔμμεναι, ἠδὲ πελάγει.
*Verisunt quispiam hic senex marinus verax,
 Immortalis, Proteus Aegyptius, qui maris
 Totius profunditates novit, Neptuni minister.*

Hunc meum inquit patrem esse atque genuisse.

Consilium, ipsos Carpathios, Copaicos, probe nosse fatorum horundem ortum & exitum. Describitur *Magistratus Carpathius*, & per illum *Copaicus*, quoad varias circumstantias, in honorem & laudem Coparum. *Senex marinus veridicus*, antiquum oppidum insulae Carpathi, sive Coparum in Boeotia, velut mari: Copas esse antiquam venerabilem Boeotiae urbem. *Immortalis* senex, perverusam esse gentem Coparum, ut Carpathiorum, inter Boeotos gloriae insignis. *Proteus Aegyptius*; quando *Carpathi* situs respexit versus aegyptum: *Copa* vero Boeotici fundi, sub Thebarum jurisdictione: Quae Thebana Boeotica ditio *egyptii* nomine poetis venit. Reipsa adeo *Proteus aegyptius*, est, *Copaicus senatus Thebani ortus*. *Maris profunditates* dicitur *Proteus nosse*; quod sint *Carpathii* boni nautae, quibus competit scire pro tuta navigatione, quis ubique locorum fundus, in portibus & in alto: Dein quod *Copaici* in Boeotia norint regionum illarum condiciones, quando Boeotia poetis pro mari. *Proteus Neptuni minister*: *Copaici Thebanis devoti*, Thebae poetis *Neptunus*. *Proteus pater Idothae, Athamantii colonia Copaicorum*.

D

Τίνυ'

Τὸν ἔπειθε σὺ δύναιο λοχησάμεν Ἐλελεύθεροι,
 ὅς κεν τοι εἴπῃσιν ἰδὼν καὶ μέτρα κελεύθῃ,
 Νόστον θ' ὡς ὅππ' ἄντων ἐλεύσεται ἰχθυόεντα.
 Καὶ δὲ κέ τοι εἴπῃσι, διοτρεφέες, ἀνὴρ ἐθέλησθα,
 ὅ τιν' τοι ἐν μεγάροισι κακὸν τ' ἀγαθόν τε πύκτωται.
 Οἰχομένοιο σέθεν δολιχὴν ἰδὼν ἀργαλέην τε,
Quem si qua poteris ex insidiis prendere,
Hic tibi dices viam & mensuras itineris
Reditumque, ut per mare profisciscaris piscosum.
Præterea tibi dicet, vir optime, si modo velis,
Quodcumque tibi in domibus malumque bonumque acciderit,
Te absente, per longam difficilemque viam.

Consilii scopus, rogare, sub Carpathiorum umbra Copaicis magistratum obsecrare, utpote in cujus manu sit & potestate tenere & dimittere. *Ex insidiisprehendere*, non externi operis, nisi quoad scenam: uti unius personæ conspectu, *Protei* nomine, totus sistitur *Copaicus senatus*. Neque adeo scopus est facti externi & insidiarum, quæ in sensus incurrant, quæ uni fruuntur viro; sed pro arte dicendi, uti *Proteus* totus est magistratus *Copaicis*, ita insidiæ hæc totum concernunt senatum. Est autem poetarum admodum elegans figura, quæ vim & insidias tribuunt orationi & sermoni. Rogare, precari, persuadere, est animis audientium vim inferre aut insidias fruere. Verba siquidem armata, affectu cincta iusto, vim apud prudentes majorem habent in eorum voluntatem, quam arma in corpus adversum. Et *vincere* oratoribus est *persuadere*. *Ex insidiis* igitur *prehendendi* antistes *Copaici*, enixe rogandi. *Proteus*, apte prehenfus, potis, pro arbitrio, vel diutius retinere & affligere, vel dimittere, ut per *Boeotiam*, velut per mare, ire posset *Melitæensis*, quo liberet, domumque ad *Thessalos* redire. *Copaicis*, addit, curate cognita esse fata gentis hujus *Thesalicæ* peregrinantis, sub *Ulyssis Pandolfii* *Thesproti* exercitu: Ut est magistratum attente observare seriem casuum & eventuum publicorum.

ὣς ἔφατ'· αὐτὰρ ἐγὼ μιν ἀμειβόμενος προσέειπον·
 αὐτὴ νῦν φράζεο σὺ λόχον θάλοιο γέροντος·
 μήπως με προσιδῶν ἢ προσδαίεις ἀλέηται·
 Κεραλίῳ γάρ τ' ἐστὶ θεὸς βροτῶν ἀνδρῶν δαμνηταί,
 Ego illam vicissim sum allocutus:
 Ipsa nunc explica insidias senis,
 Ne qua me praevidens aut praesciens effugiat.
 Difficilis enim est deus mortali homini domari.

Quod ignorari non posset, persuaderi non facile posse penes quos
 suprema potestas, rogat Menelaus, cum prudentes & sagaces sint
 Copaicī antistites, qua sit utendum via, ut persuasio inveniatur apud
 illos locum. *Insidia magni senis*, sunt, cum prudentia, tum autori-
 tas, tum potestas, tum voluntas, quibus magistratus utitur pro
 armis. In illis validae insidiae adversus quemcumque inferiorem,
 siquidem jus est in armis, & pro arbitrio etiam fiat sententia.
 Declinare omnia petentis, rogantis, obsecrantis studia, & enixas
 ad persuadendum preces, est *effugere* inferioris hominis in iudicio
 insidias, obversa potestate superiore. Intelligit Menelaus, Me-
 litæensis, magni laboris esse, nec carere periculo, Thessalos,
 jam sub Copaicorum dominio hærentes, impetrare precibus li-
 bertatem.

ὣς ἔφραμην· ἢ δ' αὐτῶν ἀμειβετο δία θηάων
 ταῖς γδ' ἐγὼ τοι ζῆϊνε μάλ' ἀτρικέως καὶ ἀλοξω
 ἦμος δ' ἡλῖος μέσον ἔρανον ἀμφιβεθήσει,
 τῆμος ἂρ' ἐξ ἁλὸς εἴσι γέρον ἄλιος ἡμερτῆς,
 προῖη ἔσθ' ἐπὶ Ζεφύροιο, μελαίνῃ φερῆνὶ καλυφθεῖς,
 ἐκ δ' ἐλθὼν κοιμάται ἔσθ' ἀέροι γλαφυροῖσι.
 Illa vero continuo respondit:
 Certe, hospes, tibi vera dicam:
 Quando sol medium caelum ascenderit,
 Tum certe emari emergit senex marinus veridicus,
 Flau sub Zephyri, nigra procella obrectus:
 Egressus vero dormit sub specubus caevis.

D a

Modus

Modus pingitur, quomodo & quando Theſſali Melitæenſes de-
beant libertatem ſuam a Copaicis petere. Pro externa ſcena præ-
nunciatur *tempus*, quando *Proteus* a mari emergat & in publicum
veniat, in *Carpathi* fundum aut ſolum: *Meridies*. Circa inſulas
ſæpe ille nebulæ globus, ut circa meridiem demum ſerenus ſit
aut fiat aër, quo emergat quaſi aut conſpiciatur palam, quid aga-
tur, ut ex nebulis emicent urbes. *Flatus Zephyri*, pro veris con-
ditione; & *nigra procella*, velut *aſtuans unda*, nubium vel & nebu-
larum ex æſtuoſo mari tempeſtas. Hæc pro ſcena *Carpathi* exter-
na, Proteo, ſive *Carpathio magiſtrato*, in ſenatum properante, quod
ſit in *judiciis circa meridiem*, quando in curia res agenda, ubi *Zephyri*
ſpirant, quando decreta e ſenatu prodeunt, huc illuc perferenda;
quando & *nigra procella* aut undæ cingunt iudicium, *cauſa & paries*
contententes, inſtar nebulæ & fluctuum. *Dormire* tunc dicitur
Proteus *ſub ſpecubus cavis*, h. e. conſidere Carpathius ſenatus
in curia, publica urbis domo, ſub lacunaribus, aut conclavibus
concameratis. Hæc pro externo Carpathiorum conſpectu. Car-
pathii effigies Copaicorum, *Copaici* proinde *Senatus & iudicii conſeſſus*
perquam ſcite effigiatus, qui circa meridiem in curiam prodeat, ad
cauſas civium cognoſcendum & dijudicandum.

Ἀμφὶ δὲ μιν Φῶκαι, νίπτοδες καλῆς ἁλωυδίας,

Ἀτρεῖαι εὐδυοῦσι πολίης ἀλὸς αἰαδύσαι,

Πικρὸν αἰπακνεύουσι ἀλὸς πολυθέητος ὀδιμήν.

Circa ipſum vero *phocæ*, liberi pulchra *Halofydna*,

Frequentes dormiunt, e cavo mari egreſſæ,

Acerbum ſpirantes maris præſundi odorem.

Pro exteriori *Carpathi* ſcena, in cuius litore feruntur *phocæ*
agero greges, quæ ſole calido in terram prodeant, ſomnum captu-
ræ, effigiatur *Senatus Carpathius*, pro tribunali ſedens, cingi
phocis, ſive *Carpathiis civibus*, in foro cauſas habentibus. Perquam
ſcite *cives Carpathii* appellantur *phocæ*, paronomafia concinna, *visu-*
li marini, quorum greges in mari circa *Carpathum*. Dicuntur
autem *phocæ νέπτοδες liberi pulchra Halofydna*. *Νέπτοδες* non pedum de-
fectum,

suboM

a d

fectum, quasi ἀπόδες, sine pedibus, quod in phocis falsum, denotare, sed idem ac παῖδες, filios & nepotes, observatum jam tum ab aliis. In quibus & Hortibonus in *Lectioibus Theocriticis, cap. 14. p. 401. in Idyll. 17.* Dicit Theocritus:

Ἀθάνατοι δὲ καλεῖνται θεοὶ νέποδες γλαῦπτις

Quod reddunt: *Immortales vero vocantur dii sine pedum usu facti.*

Quod merito exhibet Hortibonus: Quinam, ait, sunt obsecro isti dii sine pedibus, quos somniant interpretes? Nimirum quos poeta νέποδες appellat. Nec viderunt interpretes vocem νέπος hoc loco non pisces, qui pedibus plerumque carent, aut aliud quoddam sine pedibus animal, sed nepotes significare. Qua in significatione accipi interdum apud græcos hanc vocem notarunt jam pridem eruditissimi viri. *Apollonius lib. IV.*

ἔμι δ' εἰς ἀνὰς

Ἡελίῳ μετόπισθε τοῖς νεπόδασι ἐπίστη

Hoc est, ut ipse poeta mox explicat:

Ἴν' ὀπλόρησι παίδων σέθεν ἰουάσσοιτ' αἱ

Παῖδες.

Hæc Hortibonus. Recte quidem. Equos Theocritus jamjam dixerat, ἰουάων ἰουών, nepotum nepotes, eosdem pro metri loco vocat νέποδες, nepotes. Pulchra *Halofydna*, pulcherrimus optimusve insulæ Carpathi portus *Trithomus*, hodie *Trifano*. Hujus præclari portus liberi phocæ, quando circa illum portum frequentes phocæ, velut in portu aut circa portum genitæ. Per phocas vero has portus Trithomi, cives designati urbis Carpathi, quæ vicina illi portui, velut in portu geniti. Partim vero generatim in fervitute, sordibus ignobilis generis, cives Carpathii phoca in præfenti historia, sed illi præ ceteris incolæ civitatis, qui in judiciis coram senatu comparerent, qui circa *Proteum* in publico loco. Et hi cives circa Proteum dormire dicuntur, non physico actu, quando somno in judicio nullus locus, ubi nec mille oculi sufficiunt: Sed pro analogia phocarum, quæ in sole dormire sueta, agere, degere, versari, stare, apud judicem. Et frequentes illæ phocæ, quod turba

civium litigantium solet esse non parva. Quod e mari phocæ in littus prodeant, tum circa meridiem, tum vesperam, notavit etiam Ælianus lib. 9. c. 50. *Acerbum* ingratum *phocæ maris odorem spirant*, pro physica ut volunt natura; quod pro iudicii conditione est *civium Carpathiorum*, jam tum fervorum, coram iudicio versantium *acerba alie*, invisis & molestis negotiis.

Et hæc quidem omnia foris in theatro de *Carpathiis civibus*, fori clientibus ingratum odorem spirantibus, pro nominis ominis, *Carpathia phocæ ingratum spirans odorem*. Quod non solum pro causis invisis & molestis, iudicio rædiosis, sed & pro amaris & rancidis in iudicio partium querelis. Quomodo omnes illorum libelli sunt *acerbus phocarum odor*.

Pro poetæ scopo, sub imagine Carpathiorum designati *Copaici cives*: Et hi *phocæ*, iisve similes, qui iudicem circumstant. Hi *liberi pulchra Halosydna*, colonia præclaræ *Psamathes*. *Psamathe uxor Præti*, *Psamathe* fons Boeoticarum Thebarum, cives Thebis ad *Psamathen* habitantes. Hinc in urbem Coparum ducti novi coloni. Hinc *Psamatha* nomen datum a poetis *Halosydna*, tum pro analogia nominis, tum quod *Psamathe* Thebis velut in medio mari federet. *Cives* itaque *Copaici* proles *Halosydnae*, *Psamathensis* colonia, quæ *Copas* venerat. *Nérodæ*, quæ jam dictum, hic non *absque pedibus*, cum *phocæ* non careant pedibus, quæ sunt amphibia quadrupedia; neque *brevibus pedibus*, quasi nullis, nam illis pedes apti & sufficientes: sed *ut* idem hic ac *proles*. Quod confirmatur abunde ex eo, quod *pulchra Halosydna* nominetur tanquam *mater*, *filie* ad eo aut *filii*, *pulchra femina*. *Frequentes* hæc *phocæ*, *Copaici cives* in foro, pro litium frequentia. Hæc *phocæ*, *Copaici cives*, *dormiunt* circa Proteum, non physico affectu, sed forensi, pro *phocarum* cupide dormientium indole versantur circa *Copaicum* iudicem. *E cano mari egressæ* hæc *phocæ*, uti in *Carpatho*, ita *Copis*, cum *Copæ* essent in *Boeotia* sitæ, quæ pro mari. *Acerbum* & hæc *Copæica phocæ spirant maris odorem*, quando cives generis *Boeotici* vel *marini acerbe* & *amare* coram iudicio *olidas res* agunt. Olet
forum

forum, foctent phocæ, ex causis & personis, utrisque ingratis.
Hoc forum Copaicum.

Ἔνθα σ' ἐγὼν ἀγαγῶσα ἅμ' ἠοῖ Φαινομένηφτι,
Κυνάσω ἐξέτης. σὺ δ' ἐυκρίνασθαι ἐπάειρες

Τρεῖς, αἱ τῶν ὄψα νηυσὶν εὐασέλιμοισιν ἄριστοι.

Illuc te ego ducens simul aurora illicescente

Collocabo ex ordine. Tu vero probe elige socios

Tres, qui tibi apud naves transstratas optimi sunt.

Consilium, in forum Carpathio-Copaicum, ad judicem in senatu sedentem commeandi, more aliorum causas in foro tractantium: cum aurora illuc eundem, maturius confessu publico. Et ordo inter causas ac lites fori, cum una præeat alteri. Consultum adeo, pro causa libertatis ac dimissionis in senatu Copaiico tractanda, nomine totius gentis Thessalicæ Copis detentæ tres aut alios sistere viros, qui ablegati coram senatu loquantur. Nunc ad Carpathio-Copaicum judicem.

Πάντα δὲ τοι ἐρέω ὀλοφώϊα τοῖο γέροντος.

Φώκας μὲν τοι πρῶτον ἀριθμήσει, καὶ ἔπεισιν.

Αὐτὰρ ἐπὴν κείους περιπάσεται, ἠδὲ ἰδηται,

Διζέται ἐν μέσοισι, νομὸς ὡς πάσαι μῆλων.

Omnes autem tibi enarrabo astutias ipsius senis.

Phocas quidem primum numerabit & inspiciet.

Ceterum postquam omnes per, quaterniones numeratis atque inspicere

Cubabit in medio, pastor veluti in grege ovium.

Artes senis Protei Carpathio-Copaici, prudentia judici congrua. Numerare & inspicere ante omnia phocas, Carpathio-Copaicas, est attendere & observare cives, qui coram judicio compareant, causas acturi. Numerus quinaris, πεμπάξων, alludit ad Carpathi & Coparum insigne.

In medio phocarum Carpathio-Copaicarum cubans Proteus, confidens senatus urbis, illis circumstantibus, causas acturis & agentibus. Judex Proteus, *velut pastor in medio ovium*, pro civium &

& senatus analogia, quando præsertim in insula Carpatho præ copia pascuorum & luxuriante herba, pastorum & gregum esset numerus. Atque hic confessus iudicii.

Τὸν μὲν ἐπὶν δὴ πρῶτον κατηντήσεντα ἰδηθεῖς,
καὶ τὸν ἔπειτα ὑμῖν μελέτω κέρει π βίη π.
*Atque ubi primum sopitum videritis,
Tum deinde vobis cura sit roburque visque.*

Confidete senatu Carpathio-Copaico, & comparenre Menelao cum suis, qui hospites tum Copis degerent, maxima cura orationis ad iudicem, quæ vim persuadendi habeat, ad libertatem desideratam obtinendum. Hic *robore* quodam opus & quadam *vis*: Non corporis, cum coram iudice omnis moles inanis, sed orationis. Videri queat hic subindicare longum patronorum causæ, aut ministrorum fori, studium, libellos formandi, suo instructos robore. Posteris quidem temporibus in foro græco valuit quam maxime hoc genus patrociniæ, per solennes sermones, & in multum tempus protractæ contentiones causidicorum, a quibus pestis ad Romanos transiit: Sed antiquitus, & tempore adhuc Homeri, hoc genus insidiarum & fraudum nondum innotuerat: Quorum simplicior, brevior & integrior ratio lites tractandi & componendi. Robur adeo & vis potius in integritate negotii, & virtute orationis, ad rogandum & persuadendum compositæ. Persuadere in foro, roboris nonnunquam immensi & virium maximarum, quando affectus non subito emolliuntur aut a sententia constituta deflestantur.

Ἄλλο δ' ἔχειν μαμαῶτα καὶ ἰσομοῖον περ ἀλύξαι.
Illic ergo tenete cupientem & gestientem elabi.

Magna orationis virtute opus esse ad deliniendum aut flectendum iudicem Carpathio-Copaicum, pro Menelao Thessalisve dimittendis. Non desistendum, si neget, si recuset, si vel minetur, sed urgendas esse preces & rationes, insistendum fortius. Declinare supplicum preces & vota, urgentia vel maxime, est velle elabi e manibus causas agentium: Nolle desiderii respondere, sed respue-
re,

re, libertate Theſſalorum hoſpitem non indulgenda. Animum abjicere nefas eſſe Menelao: omnia quidem perferenda, ſi vel nihil concedatur, & nihilominus a judicis æquitate fauſtiora eſſe expectanda.

Πάντα δὲ πρὸς τὸν κριτὴν, ὅσα ἐπὶ γῆρας

Ἐπεὶ τὰ γέροντας, καὶ ἴδωρ, καὶ διακρίσεις κρῖν.

Omnia vero factus molietur, quæcumque in terra

Reptilia ſunt, & aqua, & divinitus ardens ignis.

Carpathio-Copaici Protei, providi judicis, rationes multæ, civiles, privatæ, publicæ, quæ non permiſſuræ, ut Menelao & ſodalibus Theſſalis concedatur eundi licentia, aut e ſervitute libertas. Ut ſunt omnino foro rationes permultæ, manifeſtæ, occultæ, quæ non ſinant petenti concedere quod cupiat, potiſſimum ſi ſervitutis aut libertatis verſetur negotium, ſi cives aut ſubditi velint emigrare.

Omnia vero *ſuturus* dicitur, ſive omnis generis formas accepturus Proteus, Carpathio-Copaicus magiſtratus, quando varii modi ab illo adhibendi, pro declinando Theſſalorum petito, ad libertatem obtinendam. Scenæ hic admirabile artificioſum, quando forum Carpathio-Copaicum nomine *Protei* ſiſtitur, qui in varias commere formas poſſit. Alluſio perelegans ad nomen *Protei* & *επίπρων* *vertere*; Senatū illum in omnes ſe veteres poſſe formas. Quæ eſt prudentiæ & ſagacitatis, ſimulandi diſſimulandique artis, blanditiarum, ſeveritatis, indulgentiæ promiſſæ, minarum ulſurpationis, pro circumſtantiarum varietate, nunc ſpe facta laſtando ac diſſerendo, nunc diſſuadendo, nunc deterrendo. *Tres* formæ hic definitæ, *reptilium*, *aqua* & *ignis*. Quæ ſpecies, pro genere, pro variis aliis ſimilibus formis. Ante omnia obſervandum, externa illa ſcenæ pingi ſpectacula, non, quod ulla phyſica in Proteo ſignificetur futura mutatio. Nec enim in Proteo vir unus, unave perſona, ſed multi, ſed totus magiſtratus. Dein reſ agitur animorum & affectuum, in judicio Copaico in cauſa libertatis a Theſſalis quaerendæ, quam diſſicillime eſſent permiſſuri Copaici, omnia molituri & tentaturi ne concederetur. Præterea omnes

omnes illi petitis resistendi conatus, omnino vel futuri *callidi & obliqui*, ut instar reptilium, *serpentum* præsertim, cum Theffalis ad libertatem adspirantibus agatur, ne quid detur; vel *molles*, dehortando, commodorum in servitute spe facta, instar affluæ *aquæ*; vel *minaces*, coercendo, pro *igne*.

In his omnibus, modisque fori effigiandis, poëticae artis ingenium spectandum, quod umbras has omnes in *Proteo*, pro nominis *Carpathi* omine, ex paronomasiae virtute, efformet. Πρωτεύς, καρπάθιος, ἰσπερὶ, ἢ ἰσπερὶ κερπιδίων, *Proteus*, *Carpathius*, *repens*. Uti nomen *Carpathi* commode vertitur in ἰσπερὶ, ita *Proteus*, *Carpathio* *Copaicus*, assumpturus formam seu indolem reptilium, imprimis serpentum, quando Theffali cum Menclao libertatem suam petitura. Similiter *Proteus*, *Carpathius*, ἰδὼρ, in *aquam* vertendus, pro pari nominis analogia. Nec non *Proteus*, *Carpathius*, aut *Carpathio-Copaicus*, πῦρ, in *ignem* transmutandus, pro æquali nominis transmutatione. Hæc illæ poëtarum imagines nominibus conformes. Hic adeo ille *Proteus* non vir, sed viri, iudicium *Carpathio-Copaicum*. Hæc illa in varias formas transmutatio, non viri, sed virorum, sed iudicum. Nulla hic in substantia mutatio, sed effigies animorum, pro nominum mutatorum molli & arguto omine. Illa prudentia & sagacitas publici iudicii *Copaici*, in omnes se vertendi formas & figuras.

Ἔμεις δὲ ἀστεμφέως ἰχόμεν, μάλλον το πρέζειν.

Vos autem firmiter tenete, magisque premite.

Consilium, quid in illis fori ambiguis negotiis, in causa libertatis quaerendæ, sed multis modis negandæ, Theffalis sit faciendum. Animum his non esse abjiciendum; quanto formæ subinde negantium variatæ magis, sive inter blanditias & pollicitationes, sive inter longas spei dilationes, sive minas, patienter expectandum, firmiter desiderio inhærendum, rationibus probis & æquis porro utendum esse, ad persuadendum tandem, etsi difficulter. Quod est Homero tenere & premere *Proteum*, iudicem *Copaicum*. Ora-
tio-

ΕΠΙΛΟΓΗ

tionis & rationum res, non manuum. Illis tenetur mens & pe-
tus iudicis, ut æquitatem petiti tandem agnoscat & concedat.

Αλλ' ἐπεὶ κεν δὴ σ' αὐτὸς ἀνείρηται ἐπίεσιν

Τοῖος ἴων οἶον καὶ καπυνηθύντα ἰθόδοι,

Καὶ τότε δὴ χέει δάϊ το βίης, λῦσιν τε γέροντα

Ἡρώς.

Sed quando certe te ipse interrogaverit verbis,

Talis qualem conspiciam videratis,

Tum certe desiste a vi solveque senem

Heros.

Promittitur ab æquitate iudicii, & a perseverantia rogantis, even-
tus desideratus: *Proteum*, multas alias formas, quas induerat, post
constantiam & humilitatem rogantis, rationibus ejus repetitis &
tandem exauditis, missurum, & genuinam pristinam *humanam*
formam recepturum. Ita quidem, ut *verba iterum humana facere*
incipiat, & Thessalos *alloqui*. Copaicum iudicium, humanitatis
memor, ad benignitatis sensum rediturum, humaniter Thessalos
habiturum. Quo facto Menelai & Thessalorum fore, desistere
etiam a Proteo amplius tenendo, orationis & rationum vim non am-
plius urgendo, sed æquitati & gratiæ illius omnia relinquendo.
Quod est a vi desistere & solvere senem: Non urgere jus sed æqui-
tatem & benevolentiam.

Ἐίρησθαί, δὲ θεῶν ὅς τις σε χαλῆσται,

Νόσιν θ', ὡς ἴθι πόντον ἐλευσται ἔχθρόν τε.

Interroga vero, decorum quis te affligat,

Reditumque, ut per pontum proficiscaris piscosum.

Submissius agendum esse, postquam illi humanius agere incepe-
rint. Culpam adverstatis non in Copaicis sed in numinis provi-
dentiam esse referendam, petendumque ab illis consilium ex-
piandi numinis, pro libertate obtinenda. Ut humaniter tandem
fiant cuncta.

Ὡς εἰπαὶ σ' ἑσθὸν πόντον ἐδόσωτο κυμαίνοντι.

Sic locuta, sub pontum subiit fluctuantem.

Edotheæ hæcenus consilium, Thessalis inter Copaicis versantibus pro libertate sua impetranda datum; Athamantiis, Copaicorum vicinis, consilii autoribus. *Sub pontum abire*, est ad suos, ad Athamantios, redire, quippe qui in Boeotia, velut mari.

Αὐτὰρ ἰγὼν ὄππῃ νῆας, εἴθ' ἕστασαν ἐν φαρμάθοισιν,

Ἔϊα. Πολλὰ δὲ μοι κρηδία πόρφυρε κίοντι.

Αὐτὰρ ἐπεὶ ῥ' ὄππῃ νῆα κατέλυθον ἠδὲ θαλάσσαν,

Δόρπον δ' ἐσπασιάμεσθ', ὄππῃ τ' ἤλυθον ἀμβροσίη νύξ,

Δὴ τότε κοιμήθημεν ὄππῃ ῥηγμῖνι θαλάσσης.

Ἡμῶν δ' ἠεργάνεια Φάνη ῥοδοδακτυλῶ ἠώς,

Καὶ τότε δὴ σφῶν ἦντα θαλάσσης εὐρυπέριον

ἦϊα, πολλὰ θὰς γυνάμεν. αὐτὰρ ἐπαίερχε

Τρεῖς ἄγον, οἷσι μάλιστα πεπύθηα πᾶσαν ἐὼ' ἰθύτ.

Ceterum ego ad naves, ubi stabant in arena

Ibam, plurima vero mihi cor cogitabat eunti.

Quando ad navem veni atque mare,

Cenam apparavimus; deinde accessit divina nox.

Obdormivimus in litore maris.

Quando vero mane venit roseis digitis aurora,

Tunc ad litus maris lata vada habentis

Ibam, plurimum diis supplicans. Dein socios

Tres ducebam, quibus confidebam ad omnia vim.

Pro consilio successus. Executuri Thessali apud Copaicos, quod suaferent vicini Athamantii. Scena iterum externa *insula Carpathi*, ubi Thessali degerint, pro suburbiis ut nos diceremus urbis Coparum. Ceteræ circumstantiæ scenicæ, pro ornatu orationis & rerum gestarum decore. Ornamenta poetica. Nec enim dierum & noctium intervalla pro justis numeris & mensuris. Nox aut dies interdum longum comprehendat tempus. Ubi tandem id effecturi apud Copaicos quod iussi erant, pro libertate quaerenda: tres vel aliquot ex cætu suo viros, prudentes & dicendi peritos, præsentis animi, elegit Menelaus, qui coram iudicio causam agere possent, in Copaiico senatu.

Τίερα

Τόφω δ' ἄρ' ἤγ' ὑποῦσα θαλάσσης εὐρία κόλπον
 Τέσσαρα Φοκαίων ἐκ πόντος δρυματ' εἵκει
 Πείρα δ' εἶσαν νεόταρα. Δόλοι δ' ἐπεμήδετο πατρὶ
 Ἔνιās δ' ἐς ψαμάθοισι διαγλάφασ' ἀλίησιν
 Ἦστο μέγισ'. Ἡμεῖς δὲ μάλα σχεδὸν ἤλθομεν αὐτῆς.

Interea vero haec ingressa maris latum sinum,

Quatuor phocarum ex ponto pelles attulit:

Omnes vero erant recens excoriata: Dolum vero struebat patri.

Cubilibus igitur in marina arena exsculptis

Sedebat expectans: Ad quam nos proxime venimus.

Ex ordine vero collocavit, injecitque corium unicuique. Conci-
liaverant sibi Thessali, inter Copaicos detenti, vicinos Atha-
mantios qui sub nomine Edothæ. Horum consilio usi illi pro li-
bertate sua acquirenda. Suaferant Athamantii, in foro aut judi-
cio se sistere & ab illo dimissionem petere. Sed opus præterea
argumento. Hoc suggessere Athamantii: Se cives & subditos di-
gerent Copaicos, non hospites, peregrinos: Agnoscerent domi-
nium, pari cum Copaicis reliquis ordine: Qui cum ceteris civi-
bus acturi & passuri omnia, subditorum jure & more, nihil de-
trectaturi oneris & servitii ad cutem usque. Quæ ingenua servi-
tutis agnitio remedium futura malorum. Quatuor phocarum pelles
recens excoriata, quatuor sive aliquot exempla civium Copaicorum,
qui novissime gravissimas dedissent pœnas suæ inobedientiæ aut
detrectati obsequii. In horum locum jussi Athamantii concedere,
atque declarare, se paratos esse omnia Copaicorum jussa & man-
data exequi, observantissime: Quod si non præstarent, se etiam
paratos esse, pari reliquorum civium nuperoque exemplo, ad pœ-
nam quamcunque, ad cutem & corium usque. Hoc consilium
Athamantii Thessalis illis delectis quatuor viris, Menelao & sociis,
dederunt salutare. Quod effigiatum quatuor coriis phocarum recens
excoriatarum, quæ humeris quatuor illorum virorum injecta, quibus obve-
luti coram Copaico senatu comparerent. Effigies declarandæ tubjectionis.
Hoc consilium pro emolliendo judicio, & deliniendis animis.

Κἄθ' δὴ αἰνόταται ὁ λόγος ἔωλετο. Τῆρε δὲ αἰνώσε
 Φωκαίων ἀλιότερες φέων ὀλωώταται ὀδμή
 Τίς γάρ ἂν ἐναλίω ὄσφ' κήτι κοιμηθεῖη;
 Erant sane molestissima ha infidia. Affligebat enim graviter
 Phocarum in mari nutritiarum pessimus odor.
 Quis enim prope marinum cetum posset cubare?

Consilium salutare, cum Copaicis civibus paria agere & pati, ci-
 ves fieri Copaicos, pariaque expectare fata. Hoc coram Carpa-
 thio - Copaicis profiteri ac testari, pro judicio mitigando, mole-
 stissimum Thessalis visum, qui crederent, illo modo se nunquam
 in libertatem redituros. Hospites se dicere servos, visum non ma-
 gis durum quam periculosum; parem cum Copaicis subditis, ser-
 vis, experiri fortunam, miserum æque, ac jam affligi hospites.
 Gravis odor phocarum marinarum, physicis cognitus deterrimus. In-
 sulæ Carpathi statu externo, ubi phocarum numerus, Copai-
 corum civium conditio servilis & sordida effigiata. Sordes Copai-
 corum civium foetor phocarum.

Tædium Thessalorum hospitem inter Copaicos cives mise-
 ram & sordidam ducendi vitam, expressit hunc dolorem Home-
 ro: *Quis prope marinum cetum posset cubare?* Quod est; Quam tædio-
 sum & molestum inter phocas olentes degere, tam adversum in-
 ter cives Copaicos numerari, qui fordeant, servi. Poterat hoc
 Homero optime constare, orchomenio, in Boeotia educato, cui
 urbium & populorum Boeoticorum status abunde esset cognitus:
 In primis quod Copæ orchomeno essent vicina. Moris autem
 Homero urbes quas laudare instituit elegantibus ornare symbolis,
 quas reprehendere, foedis. Copaicos itaque phocas dicere, est,
 mores eorum nauseare. Ægre igitur Thessali admittunt quod sa-
 lubriter suadent Athamantii.

Ἄλλ' αὐτὴ ἐσίωσέ, καὶ ἐφρέσασατο μέγ' ὕειαρ.
 Αὐθροσίη ὑπὸ ῥίνα ἐκάστω φέρουσα
 Ἰδὺ μάλα πείουσιν. Ὀλωσε δὲ κήτι ὀδμήν.

*Illam tamen servavit, & magnum commodum recondidit;
Ambrosiam attulit, & naribus cujuscunque admovit,
Valde dulces spirantem. Atque ita fugavit ceti odorem.*

Athamantii bene consulturi Theſſalis apud Copaicos valde afflictis non ſolum conſilium devotionis dederunt, ſed & in majoris periculi metu animum addiderunt ſollicitis, timidis, & anxiiſ, ſpe libertatis ex tolerantia & animi præſentia. Ferrent dura patienter, obſequioſiſſimi, animo erecto. Figura iterum hujus conſilii perquam appoſita, pro ſtatu inſulæ Carpathi & urbis Coparum. *Ambroſia*, quicquid palato dulce & naribus amicum ac ſuave. Suppeditarunt Athamantii Theſſalis velut baſami genus, quibus nares inuogerent, ne graveolentia phocarum offenderentur. Ferunt, aut certe creditum fuit, phocas *ambarum*, aut ſuccinum, *ambaram*, in mari glutire, dein excernere, eamque ob ſuaveolentiam a peritis colligi. Quam in rem ſuſe Bocharius, Hieroz. Tom. II. f. 80ſ. In hoc *ambarum* phocarum, vel ex communi opinione, collimaverit Homerus, in pingendo novo Athamantiorum pro Theſſalis hoſpitibus conſilio. *Animi præſentiam*, & reſpirandi facultatem, optimum eſſe ſolacium in adverſis inter Copaicos cives, *ambarum* inter ſordes & fetorem fervorum Copaicorum ſervitutis lenimen, ferre lubenter, animo non ægro: Frontem diducere ſub onere. Ingentiam ſervitutem ſuperare omnem ex iniquitate vel aſperitate moleſtiam. Viros ingenuos ſervire ingenue, nec animum libertatis abjicere, in ſua ſervitute liberos. Servit corpus, non animus. Hæc peſtoris ſerenitas *ambroſia*, & plus quam *ambarum*, odoris fragrantiffimi, in medio amariffimo ſervitutis fetore. Certiſſimum ſuavis reſpirationis remedium. Quamquam alibi integrum non ſit aut conſultum hanc animi ſerenitatem in ſervitio detegere, & mentem erectam ſub gravi mole teſtari ſit periculi plenum, quando ſatius premere & peſtore recondere, cum poſſit induere ſpeciem arrogantia, quod majoris mali principium. Bono animo eſſe oportet, non dicere; hoc invidiam parit, illud quietem. Diſſimulare animum ſub graviffimo onere erectum, commiſerationis exordium apud illos, quibus vel igni-

culi

euli æquitatis residui. Simulare pectoris dolorem, in loco, manus affligentium nonnihil retinet. Sufficit suavissimam esse Athamantiorum ambrosiam, animum servare, spirare ac respirare suaviter, in mediis servorum sordibus & olentibus focis,

Πᾶσι δ' ἦοίην μέγομεν πολλήν θυμῶ.

Totum matutinum tempus expectavimus patienti animo.

Audiverunt Thessali hospites Athamantios benevolos. Quamobrem diem iudicii Copis expectant, se coram eo sistendi animo. Et patienti quidem jam tum animo, pro consilio dato.

Φῶκα δ' ἐξ ἁλὸς ἦλθον ἀοιδέες. αἱ μὲρ ἔπειτα

ἔξῃς ἠυνάζοντο ὡρῶ ῥηγμῖνι θελάσσης.

Phocæ autem e mari venerunt frequentes. Quæ deinde

Ordine decumbebant juxta litus maris,

Die iudicii Copaici cives causas agentes in curiam conflouerunt. Et jam inter hos nova hæc Thessalorum monstra, Thessali larva phocarum vestiti, novi Copaici cives, sub pallio & veste cutis phocarum. Foris conspicui olentes phocæ, servi, intus & ex animo ingenui & suaves Thessali. Sic hospites illi nunc cum ceteris phocæ. Eodem jam omnes habitu, phocæ, coram iudicio, pellibus olentibus.

Ἐνδιῶ δ' ὁ γέρον ἦλθ' ἐξ ἁλὸς, εὖρε δὲ Φαίκα

Ζατρεφέας, πύσας δ' ἄρ' ἐπώχετο, λέκτο δ' ἀεθμὸν.

Meridie senex venit e mari: Invenitque phocæ

Obefas. Omnes adibat, recensens numerum.

Proteus advenit, Carpathio-Copaicus senatus congregatus ad meridiem. Phocæ, Copaici cives, recensiti, lustrati, negotiis civitatis tractandis. Obefas phocæ vocat, non solum propter quantitatem, quod essent corpora crassa, sed & propter foetorem conjunctum, rancida.

Ἐν δ' ἡμέας πρῶτος λέγει κήπειν, εἰδὲ π θυμῶ

ἰσθῆ δόλον εἶναι, ἔπειτα δὲ λέκτο καὶ αὐτός.

Nos autem primos recensuit inter cetos; neque animo

Sensit dolum esse. Deinde cubavit & ipse.

Hospi-

Hospites Theſſali, ſub pelle phocarum comparentes, ſeque ſubmittentes, agniti tali forma pro Copaicis ſubditis & ſervis, pari cum ceteris ordine habendis. Neque artificium tranſparuit, conſiliumque Athamantiorum, quod libertatem eſſent quaſituri. Et primi quidem ſeu inter primos praecipuoſve jam habitus cives, ſervi primarii. Quo facto res fori tractari coeperunt.

Ἡμῖς δ' ἄψ' ἰαχόντες ἰερωσόμεθ', ἀμφὶ δὲ χεῖρε
βύλλομεν.

Nos vero protinus vociferantes irruimus: Manus
illi injecimus.

Quatuor illi Theſſali hospites, jam Copaici cives, cum toto ſuo populo ſordentes, libertatem cauſas in foro cum ceteris agendi jam naſti, ſuam libertatis cauſam coeperunt proponere, rogare atque obſecrare. Clamor illorum non inconditus, ſed modestia ſeria & gravis. Serio rem ſuam coram iudicio agere coeperunt. Intenſae preces, & rationes adductae, clamores, pro fori ſtrepitu, ubi omnia clamorosa. Libelli ſupplices, noſtro ore, clamores. Irvuerit in Proteum, eique manus injicere, nuda tamen aut mera comprehensione, ſine ulla laſione, eſt argumentis gravibus & validis cum aggredi, quibus ad conſenſum permovendus ſenatus Copaicus. Quaſiverunt jam tandem ſerio ſuam libertatem illi quatuor viri Theſſali, pro toto populo ibi pro hoſpicio degente & afflicto.

ὣδ' ὁ γέρον δολίη ἐπελάθει τέχνη.

Neque ipſe ſenex dolosa oblivifcitur artis.

Neque iudicium immemor ſuae prudentiae. Omnia adhibuit media, hoſpites, jam cives & ſervos, in ſervitute retinendi, ac a propoſito illos abſtrahendi.

Ἄλλ' ἦτοι πρῶτον λέων γέρετ' ἠγάνει.

Quamobrem primum leo factus eſt magnis júbis.

Proteus, τρεπόμενος, in omnes ſe formas vertere ac mutare doctus, Carpathio-Copaicis ſenatus, primum ſe in leonem tranſmutavit; pro analogia nominum Carpathi & χείρωνος. χείρωνος autem leo. Nulla in iudicio corporum in ſenatu mutatio, niſi in poetica ſcena.

Animorum forma designata symbolo. *Magnanimitas* autem *leonis* ante omnia obversa Thessalis supplicibus, libertatem suam quærentibus, quando illis desiderium absolute negatum, nulla libertate indulgenda. Quæ autoritas objecta animos dejicere apta nata. Sed hæc facies terribilis Thessalos rogantes nondum deterruit, qui precibus & rationibus suis inhæserunt.

Ἀντὶρ ἰσχυτᾶ δ' ἔχων.

Deinde draco.

Alia judicum forma, cum prior non suffecisset. Serpens *draco*, pro allusione ad *Carpathum*. Nulla rursus mutatione vel substantiæ vel habitus, sed consilii & instituti, pro negotii præsentis indole. Callidæ & astutæ persuasiones secutæ.

Καὶ παρδαλις,

Et pardalis s. panthera.

Nova facies, pro nova allusione *Carpathi* & *παρδαλις* pantheræ: Pro novo minandi ac pœnas infligendi dictamine, qui civium numero se subducere pergant, inobedientes & immorigeri.

Ἡ δὲ μέγα σὺς,

Atque ingens sus.

Nunc sus, fera, aper, *κύπερος*, pro allusione ad *Carpathum*. Nec sævitæ indicia & furoris abfuere, ex judicio, Thessalis pro sua libertate instantibus.

Τίτρο δὲ ἕγειν ὕδαρ,

Factus postea est liquida aqua,

Cum nihil proficerent omnis generis minæ, pro Thessalis a proposito abstrahendis, illis præsentis animo perseverantibus, & suam dimissionem urgentibus, tandem Proteus in liquidam versus est undam. Mollius nunc cum Thessalis & mitius, benigniori ac æquiori animo in hospites jam cives, agere. *ἕγειν ὕδαρ*, frigida & liquida aqua, allusione ad *Carpathum*.

Καὶ δένδρον ὑψηλόν.

Et arbor altis foliis.

Δένδρον ὑψηλόν, *Carpathus*. Nova forma, melioris animi in judicio, promissionum, ex commodis & fructibus emolumentisque expectandis, protectione definita.

Ἡ μὲν

ἤμας δ' ἀσμεῖως ἔχομεν τετανθῶ θυμῷ.

Nos vero firmiter tenebamus forti animo.

Post longas illas vel multorum dierum controversias, an novis his hospiti- bus Copaicis desiderata libertas concedenda? Cum ultro citroque res esset ponderata, decretum, eos gratiose esse habendos & humaniter tractandos, gratia non indignos. Quamobrem, pro animi sui praesentia nunquam destiterunt hi novi cives suam libertatem petere, omni devotione rogare.

Ἄλλ' ὅτε δὴ π' ἀνίαζ' ὁ γέρον ἰλοσοφία εἰδῶς

Καὶ τότε δὴ μ' ἐπίεσον ἀνιέρμεν' ἠροσέειπεν.

Τίς γὰρ τοι Ἀτρεῖ, υἱέ, διαῶν συμφορῶσσοιο βολαῖς

ὄφρα μ' ἔλοις ἀένορτα λοχνοῦμεν'; Τί σι χρεῖ;

Cum ergo jam angustaremur senex versatus,

Tunc me interrogando verbis allocutus est:

Quis sane tibi, Atrei, fili, deorum consuluit,

Ut me invitum caperes insidii?

Prosper & expectatus consiliorum & negotiorum eventus. Thessali, animi praesentiam in adversis, & in foro, servarunt, modestia salva & intemerata. Non desierunt rogare & obsecrare, rationibus aequis. *Copaicus* quoque *senatus*, animadversa hospitem integritate, causae aequitate, & haud frangenda tolerantia, *versus in favorem erga illos*. *Humanis verbis* compellarunt hos viros. Animadverterunt, illorum devotionem nuper declaratam, cum cives se & subditos Copaicos professi essent, habuisse pro scopo, animos iudicium deliniendi ac mitigandi. Artem hanc fuisse non inanem. Ipsorumque tolerantiam magni fuisse ponderis ad flectendos iudices. Insidias has eorum fuisse iustas & honestas, instinctu quodam celsiori subnatas. Quae est clemens & mitis commendatio hospitum & desideriorum, propensionis declaratio perhumanam.

Neque vero huic humanitati satis, illos laudasse ex probitate animi in suis rebus urgendis, addunt plane promissionem votorum implendorum, si summam eorum proferant. *Quo opus habetis?* inquirunt. Vox gratiae plena, pollicitatio beneficiorum, auxilii blandissima: Quae faventissimam senatus Copaici mentem ac sententiam

tentiam declararet abunde. Qua Theffalis istis, affictis, nihil posset esse expectatius & dulcius. Animus superiorum averfus, vel adversus, morte quid amarius, propensus vita dulcius. Fortunati Theffali, hospites Copaicis, & hac fatorum immutatione.

ὣς ἔφατ'. Ἄντ' ἐγὼ μιν ἀμειβόμενος πρὸς αὐτῶν.

Οὐδ' αὖ γέρον. Τί μιν πάντα παρ' ἐστέρων ἐπέειπες;

Sic ait: Ego vero excipiens ipsum allocutus sum:

Scis senex. Quid me ista callide interrogas?

Tametsi visi Copaicis in curia animo propenso declarato quærere, quo indigerent? Præ modestia tamen respondent hi non directe, sed oblique: *Nostis probe*, quo indigeamus, sive quid optemus. Tacite compellant iudicii animum, satis rei conscium. Quod autem Proteus, Carpathio-Copaicus senatus, in omnes se vertere formam posset & soleret, non dissimulant Theffali, se gaudere quidem de gratia & auxilio promisso, confidere interim, hæc dici & offerri, non nova arte Theffalos circumveniendi, & illa arte devinciendi. Quare vox *παρ' ἐστέρων*, versatilis & in omnem partem mobilis, Proteo a Poëta in illa profopopœia tribuitur, cujus ars sit ut dissimulare ita & simulare. Confidunt autem Theffali integritati hujus promissæ gratiæ, quæ careat arte latente, candida & solida, constans & invariata. Gratia proinde tuto confisi sua repetunt enixa desideria & ad libertatem vota:

ὣς δὲ δὴ δῖος ἐνὶ νῆσσι ἱρῦκομαι, ὅδ' ἔτι τέκνω

ἔυρέμεναι δύναμαι, μινύθει δὲ μοι ἴνδοθι ἄγορ

Ἄλλ' οὐ περ μοι εἴπῃ (διοὶ δὲ τε πάντα ἴσταν)

ὅς περ μ' ἀθανάτων κείσαται καὶ ἔδνοσε κελύδου,

Νόστον δ', ὅς ἐπὶ πάντων ἐλεύσομαι ἰχθυόεντα.

Quia jam diu in insula detineor, neque illo pacto finem

Invenire queo, minuitur autem mihi intus cor:

Proinde tu dic mihi, (dii enim omnia sciunt,)

Quisnam me immortalium impedit & avertit a via

Reditumque, ut per pontum vadam piscosum.

Insula Carpathus, Protei sedes, pro scena externa perenni, Copis in Bocotia designatis. Longam Theffalorum apud Copaicis moram

moram eamque perdifficilem non dissimulant postremo, votumque repetunt emergendi & ad libertatem suam redeundi. Culpam autem diuturnæ servitutis non in Copacos sed in divinam quandam providentiam cauti transferunt, sine invidia; rogant adeo, ipsi aperiant ac definiant latentem causam, quare tantopere affligantur; quæ illos non possit latere, publicorum negotiorum consocius in tam vetusta & senili civitate inter Boeotos.

Ὡς ἐρωτῶν. Ὁ δὲ μὲν αὖτις ἀμειβόμενος πρὸς αὐτὸν,
 Ἀλλὰ μάλ' ἀφελος δὴ τ' ἀλλοιοῖσιν τε θεοῖσιν
 Ῥίξας ἰεῖα καὶ ἀναβαίνοντες, ὄρεα πύχιστα
 Σὺν ἐς πατεῖδ' ἴκοιο, πᾶλλον ἐπὶ οἴνοπα πόντον
 ἤ γὰρ τοὶ περὶ μοῖρα φίλος τ' ἰδέσθαι, καὶ ἰκάνεσθαι
 Ὀσον ἰκνημένον καὶ σὸν ἐς πατεῖδα γαίαν,
 Πείν γ' ὅς' αὖ ἀν' ἀγροῦ τοιοῦτο διὰ πατρίδος ποταμοῖσιν
 Ἄντες ὕδωρ ἔλθης, ῤίξας δ' ἰεῖα ἐκατὼς βασιλῆας
 Ἀδανάτοισιν θεοῖσιν, τοὶ δὲ γὰρ ἐπὶ ἔχουσι
 Καὶ τότ' οἱ δῖον ἰδὲν θεοὶ ἦν σὶ μνηστῆρας.

Ille mihi respondit:

Omnino debebas Jovi aliisque diis
 Sacris litatis conscendere, ut velocissime
 Tuam ad patriam venires, navigans per nigrum pontum.
 Non enim tibi antea fatum est, amicos videre, & venire
 Ad domum bene constructam, & tuam patriam terram,
 Quam iterum ad ægypti divini fluminis
 Aquas redieris, fecerisque sacras hecatombas
 Immortalibus diis, qui cælum latum tenent.

Tunc tibi dabunt viam dii, quam tu desideras.
 Libertas desiderata plena gratiose conceditur, sub conditione redeundi prius in ægyptum, unde venissent, sacris ibi solvendis. Ad Theſſalos redire fas esse, libere, ubi longum prius iter a Carpatho in ægyptum, a Copis ad Thebas repetiissent, ibi diis debita exsolvendi. Omnia pro externa Carpathi scena, Copis intellectis. Ægyptus Africæ hic pro externo theatro, respectu externi Carpathi; Thebæ pro scopio, quibus in Poëtarum foro nomen ægypti: Copis

Copis redeundum prius esse huic coloniae migrantive populo Thebas, pro faciendis ibidem sacris.

ὡς ἔφατ'. Ἀντὰρ ἔμοιγε κατεκλάσθη φίλον ἦτορ

ἵνέ κ' ἔμ' ἄνπερ ἀναγὰν εἶπ' ἠεργαίδια πόντου

Κιρῶπτον δ' ἰὼναι, δολιχὴν ἴδον ἀρῶαίνε τε.

Sic ait Proteus: Mihi autem fractum est cor.

Eo quod me rursus per obscurum pontum

Ire juberet in aegyptum, longa difficilique via.

Conditio aspera, priorem difficilem repetendi viam a Carpatho in aegyptum, pro scena exteriore. Carpathum itinere navali vento secundo ab aegypto ultra diei spatium distitisse, jam tum supra pronunciavit Homerus, non Pharam aegypti, sed Carpathi portum phariam definiens. A Coparum urbe ad Thebas Boeotias iter quoque non modicum, quod repetere Theffalis permolestum, pro sacris ibi faciendis. Mare inter Copas & Thebas, Boeotiae regio, cum utraque urbs esset Boeotica; per mare, hoc est, longo per Boeotiam tractu.

Ἄλλα καὶ μὲν ἔπεσον ἀμείβομεν· περσείσμεν.

Ταῦτα μὲν δ' ὄτω τάλλω γέρον, οἷς σὺ κελεύεις.

Nihilominus ipsi respondi:

Ista sic perficiam sonex, ut tu praecipis, &c.

Spondent Theffali praer libertatis cupidine conditionem admodum difficilem, ad sacra praestanda redire unde venerant, in aegyptum, pro teatro, Thebas Boeoticas pro scopo, ibi sacrificiis immolandis. Quod & curate, Homero deinde canente, perfecerunt, liberi. Haec illa Protei & phocarum non illepida scena, pro ingenio Homeri, pro nostro argumenro. Longior oratio Protei alium aptiorem poscit locum.

CAP. V.

In Strabonem, & Pomponium Melam, qui res Protei apud Homerum non intellexerunt.

Quantuscunque rerum geographicarum scriptor *Strabo, lib. I.*
f. 30.

f. 30. & 37. in Homeri rebus & topographicis momentis explicandis plerumque tam parvus, ut nullus sit: Tam misere se, Homerum & lectorem torquet. Dixit Homerus, insulam *Pharon* Protei fuisse sedem, eamque insulam tam longe ab ægypto fuisse distitam, ut itinere integri demum diei, vento secundo, posset attingi. Stupet hic Strabo, hærens in Pharo in littore ægypti, juxta Alexandriam, nec videt, quo, ut putat, errore Homerus *Pharum insulam tam longe ab ægypto retraxerit*: Ut parum abesset, quin sine pudore Homerum diceret mentitum. Quid non designat ignorantia antiquitatis, & styli poetarum, quorum plane expers fuit Strabo, ubi historia vetustæ ex poetis commemorandæ. Quando Homerus tam longum maris intervallum diserte posuit inter ægyptum ad illud iter emetiendum: Sibi persuadet, Homerum aliquid de aggestionibus Nili accepisse fama dubia, eamque dein populi traditionem auxisse immani distantia, non pro rei veritate, sed fingendi poetarum arte. Sed errat longe Strabo, & fingit ultra poetarum jus vel usum. Audiendus ergo.

In Posidonium invecus *Strabo*, f. 29. qui Homerum culparat, qui nec Nili ostia nec Nili nomen cognovisset, Hesiodo vero innotuisse: Respondet Strabo: *Probabile esse, nomen Nili etate Homeris nondum existisse. Ostia etiam, si obscura fuerint, paucisque notum an plura uno essent, concedi posse, nihil de illis Homerum inaudivisse.* De exundatione tamen fluvii ægyptiaci, tantum non prodigiosi, & de *Pharo*, de Thebis, cum utique ex aliis accepisse. Cognita omnino fuisse Homero ægyptiaca, qui æthiopica sciverit, utpote remotiora. Neque Homerum tacuisse ostia Nili, quod nesciret, sed quod abunde nota memorare non crederet opus esse, qui & suam plane patriam præterierit. In specie de *insula Pharia* immerito ignorantem *27. vers.* Homero tribui, quando *illam insulam mari singi* dixerit. Fuisse hanc Menelai jactantiam, ut omnes peregrinantes soleant esse jactabundi, majora venditantes ipsa re. Illum, cum ad æthiopes non pervenisset, accepisset tamen quid de Nili exundatione, quod fundo ægypti aliquid apponeret, & quod insulam in faucibus Nili aggesta terra continenti fere conjunxisset; Prodidisset
Pharum

Pharum mari cingi, ut olim, tamen jam terræ esset juncta ac insula esse desiisset. Unde colligit, Homero incrementa fundi ex Nili inundationibus non fuisse ignota. Quam anxie se torquet Strabo, ex male intellecto Homero, qui per Pharon Carpathum designat, non Pharum insulam.

Hæc demum vera est carnisficina, autorem, quem non intelligas, exemplo Strabonis, macerare & torquere, illi imputare, quæ illi nunquam inciderunt, disputare de illius peritia vel ignorantia, palliare hanc, prætextu, & reapse culpæ acerbe. Strabo exemplum irrefragabile illorum, qui majorum scripta non intellecta legunt, & de illis judicant ut cæci de coloribus. Nec enim res est prompta, veterum monumenta intelligere aut interpretari: Siquidem ignorantia lectorum & interpretum caligo est, quæ inducitur scriptori vetusto, in se candido nec plane obscuro. Strabo Homerum cæpere nequivit, hinc Strabo non Homerum sed se in pistrinum dedidit, de illius errore circa insulam Pharum controversiam movens vanam & inutilem; quæ momento evanisset, si de Carpatho Homerum agere animadvertisset.

Non satis Straboni, semel in Homerum impegisse, vel & naufragium fecisse ad insulam Pharum, suo non Homeri errore, repetit, & apertius pronunciat, f. 37.

Si ægyptus Aggestiones Nili tum ex ascensionibus ejus intelligi possunt, tum ex iis, quæ de Pharo narrat Homerus. Quod Nilus aggerat terram, ut terra ægypti accipiat sensim incrementa, quæ longius in mare procedat, quam primitus, probari posse autumat ex Pharo insula, quæ quondam longius distiterit ab ægypti littore, nunc per pontem conjuncta, vel continens plane terra facta. Impingit in Pharum Strabo, quoties Homerum inspicit. Strabo existimat, Homerum agere de Pharo Alexandriæ, proxime ante ægyptum, cum Homerus loquatur de insula Carpatho, quam Pharon vocat, a portu Carpathi, qui testis scopulis, quibus Pharia nomen. Non vidit hoc Strabo in Homero, Carpathi hic immemor. Homerum adeo, cum Proteo & phocis per vim traxit ad ægypti littus. Ingens distantia inter Pharum Homeri, Carpathum, & Pharum ægypti ac Strabonis,

ais, cum integri diei itinere marino distent. Hic Strabonis error, isque sat magnus. Quando ergo miratur Strabo, aggestiones Nili, quibus distantiam Phari ab ægypto majorem minoremve pro seculis tribuit, a Menelai & Homeri ævo ad sua usque tempora tam subitas & magnas fuisse, ut integri diei iter navale paucis adeo seculis exciderit, ægypto per Nilum tam subito aggesta, tantum non indignatur Homero, & falso & fallenti. *Es illius narratio, aut communis potius fama, tunc diurna navigationis spatia Pharum a continente fuisse distitam, tanto mendacio divulgata hand dubie non erat. Sed de istis ascensionibus & aggestionibus vulgaris quaedam inaudivisse cum credibile est. Unde Homerus ratiocinatus, insulam sub Menelai adventum longius quam suo tempore a continente absuisse, de suo multis partibus veritatis excedens intervallum addidit, ut fabulose rem narraret.* Homerum non penetravit Strabo, unde Homerum culpam quem capere non potuit. Ille de Carpatho loquitur, hic de Pharo ægypti. Hæc illa Strabonis querela vel fabula. Homerus de Carpatho iuste recteque, Strabo de Homero injuste & inique. Nihil hic falsi in Homero, sed in Strabone plurimum, ubi Homerum non vidit.

Ingentem vero illam ab Homero indicatam Phari Homericeæ distantiam ab ægypto, integri diei spatio, excusare nititur Strabo, ut injuriam suam Homero illatam tegat, quod Homerus illud grande intervallum finxerit non ex imperitia, sed ex poetarum fallendi arte & jure. *Fabula, ait, non ignorationis causa finguntur: Quod vel ex eo deprehendere possis, quod quæ de Proteo, de pygmæis, de efficacitate venenorum, & alia id genus poeta fingunt, non ob ignorationem locorum committuntur sed delectandi gratia.* Homeri fides & integritas non laxisset Strabonem, si Carpathum insulam ab Homero describi meminisset, non Pharum in ægypti littore, quod ignoravit Strabo.

Novus Straboni nec minor scrupulus contra Homerum Pharum, quod Pharus ægypti aquis careat, Homerus vero de sua Pharo pronunciet, quod aquæ inde petantur dulces pro nautis.

Quomodo ergo Pharum (ægypti) aqua expertem aqua praditam dicit? Commodus est in ea portus, unde in mare naves propellunt celeres, lymphis nigricantibus haustis.

G

Et

Et hoc dubium satis se solvisse ratus, quod Homero affingat, eum non dixisse, quod aquam ex insula Pharo hauriant, & navibus imporent, sed quod ex continenti, ex ægypti fundo haustam ibi navibus inferant. *Neque hoc fieri nequit, ut puteum aqua deficiat: Neque ex ipsa insula aquam peti affirmat, sed imponi tantum in naves ob portus commoditatem. Licebat enim ex opposita continente aquam haurire.* Non in puteum prolapsus fuisset Strabo, si meminisset, Homero in Protei rebus nihil rei cum Pharo ægypti, sed cum Carpatho fuisse.

Neque Strabo ferre potest, insulam dici ab Homero Pharon, idque fabulæ gratia ab eo fictum fingit: *Illud quodammodo videtur falsus esse poeta, (aquam ex continente ægypti fuisse haustam) his innuens verbis, quod insulam mari circumdantem dicit non vere, ἀλλὰ πρὸς ἰσχυροῦ καὶ μωροῦσιβαν, sed excessus & fabulandi causa.* Ingens in Strabone excessus & fabulandi licentia; ubi Homero de Carpatho insula sermonem esse dememinit, quæ vera insula, in medio mari sita, sine ullo errore.

Tam longe geographus Strabo ab Homero & illius topographia remotus! Quod si nec Protei sedem, nisi fictam in Pharo ægypti, pervidit, quæ erat in Carpatho, quid obscuro viderit in universis Protei rebus? Nihil. Vel homerus illi cæcus, ut ajunt, vel ille Homero, quem non pervidit,

Oberrat in eodem mari cum Strabone & Mela, l. 2. c. 7. f. 32. *Pharos Alexandria nunc ponte conjungitur, olim, ut Homericæ carmine proditum est, ab eisdem oris cursu totius diei abducta. Et si ita res fuit, videri potest conjectantibus in tantum mutata causas Nilum præbuisse, dum litum subinde, & præcipue eum exundaret, littori accedens, auget terras, spatiumque auferentium in vicina vada promovet.* Mela nihil quicquam mythorum, nisi quoad larvam innotuit, quod alibi in Pygmæorum rebus demonstravimus. Non mirum adeo quod pro Carpatho Pharum ægypti admiserit. Quapropter, ut suspectæ ipsi distantia Homericæ Phari a continenti consulere videretur, in Strabonis litum incidit, ex Nilo aggestum. Hic hæret cum Strabone. Tanti est, Homeri & mythorum nescire genium, quibus

* (51) *

quibus hic nihil rei cum ægypti Pharo, sed cum Pharia Carpathi.

CAP. VI.
In Orpheum.

Recentior Orpheus in Hymnis, Protei, non viri sed populi, encomia cumulans, multis eum ornat & excellentibus characteribus: Quod Carpathii, Copaiici, sint gens primaria, vetusta, sagax, prudens, perita & experta, adeoque excellens.

Πρωτῆ κληθῆσα, ἀβύτη κληθῆσας ἔχουσα,
Proteum voce, qui ponti claves habet.

Autor hymnorum, Homero longe posterior, pro arte poetarum, ex voce πρωτῆ, quasi primi, primatis, πρωτεύοντος, πρῶτοντος, omnia commendationis sumit argumenta, non ex substantiæ natura, sed pro imaginis belle fingendæ arte. Primus character, quod ponti claves habeat. Quod nec ratione Carpathi nec Coparum, nec vetustatis, nec situs, nec potentiæ utriusque dici commode posse videatur negligenti: Sive per pontium proprie mare Carpathium, sive ex poetarum animo Boeotiam intelligis: Nihilominus ex πρωτῆ, primi, primatis, nomine, auctori illa insignia nata elogia, ante omnia clavium ponti: Ita quidem ut ad vocem Carpathi curate alludat, in singulis, non ignarus præscarum rerum. Πρωτῆς, πρωτεύον, πόντου κληθῆσας ἐπιχρῆσθαι, κερταῖον, ponti claves carpen, Carpathi, allusione non ineleganti. Claves autem maris habet, est in mari valere; hoc est, insula potens, celebris. Talis Carpathus: Sed & talis urbs Coparum in Boeotia, quæ Pontus poetis, præ multis aliis primatum quendam obtinens. Sensus est: Carpathus et inter primarias maris mediterranei insulas, & Copæ una ex præcipuis Boeotiæ civitatibus.

Πρωτογενῆ, πᾶσις φύσας ἀρχας ἐξ ἑαυτῆς,
Priscum, qui omnis naturæ exordia manifestavit.

Proteus Primigenus: tum vetusta insula Carpathus tum vetus gens

G 2

Copa.

Coparum. Non primus ordine, sed inter primos, id est *veteres*, Proteus, *περνευσιβίης*, gens antiqua. Paronomasia in *κάρπαδο*, *ἀρχαί* & *περωτομήνης*, haud obscura. Similiter, *πάσις φύσις ἔρχας περφαίνων* nova *Carpathi* præclara denominatio. Neque *natura* hic substantias notat, sed ordines civiles. Πᾶς & hic non omnia sed multa, sed varia. Ex *Carpatho*, ex *Copis* in civilibus multa quondam egregia emeruisse, inde multas colonias provenisse. Nihil orpheo rei cum materia prima Heraclidis in proteo. *Historiæ res* hic agitur, non *physicæ generationis*.

Ἰάνη ἀλλασσῶν ἱερῆν ἰδέαις πολυμορφαις,

Naturam mutans sacram in multas formas,

Pro nominis *Carpathi* indicio, *κάρπαδο* *παεργετομένη* ἰδέαις πολυμορφαις, *in varias formas conversa*, nulla iterum *physica mutatione*, sed superius recensita ratione, civilis regiminis, pro nominis allusione. Manifesta *historiæ* Homeri indicia, non formarum, quæ materiæ primæ inducentur, ex Heraclidis opinione.

Πάνημο, *venerabilis.*

Pro metro subornatum, pro mythographorum more, synonymum, pro *μεγέθους*, *μεγέτατος*, *μεγισμο*, honorabilis, venerandus, puta *Carpathii*.

Πολύβουλο, *prudens.*

Pro altero *πακιδόφρων*, *argutus*, *Carpathii*, *Copaicum*.

Ἐπιεικέμενο τά τ' ἐνόντα

Ἰσοῦ τε πείθειν ἔην, ἴσου τ' ἴσονται ἕστερον αὐτοῦ.

sciens, quæ sunt, quæ fuerunt, & quæ futura.

Nulla propria, *physica* aut *moralis omnium scientia*, sed ex communi apud *Homerum* & *poetas* alios commendatione sic circumscripta, pro *experientia* multaque *rerum civilium peritia*; alludendo sic ad *ἐμπειρίαν*, *experientiam*, & ad, τὰ πείθειν, τὰ παείναι, τὰ παεινόμενα ἰδέαις, *Carpathio-Copaicum*. *Carpathii* & *Copaici* καταπειρέζοντες. Quæ omnia non nisi effigies sagacis *Carpathi*, & *Coparum* urbis. Quando deinceps enarrat *Homerus* *Protei* nomine varia, tum præterita, tum præsentia, tum futura, ad artem pertinent, quando illa per *profopociam* recensentur, quæ dudum erant gesta

gesta. Dicuntur a primævo prædicta, quæ sunt nomine præci viri post facta a scriptore postero per prosopopœiam enarrata.

Πάντα γὰρ ἐν πρώτῳ φύσει ἐγκατείνυσται.

Omnis in Proteo prima natura posita est.

Sine ulla physica substantiarum consistentia, cum de insula Carpatho & Coparum urbe Bœotica in Proteo historicus sermo sit: Sed pro solo civili vetusto urbis statu. *Primus*, i. e. excellens. *Natura*, i. regiminis civilis ordo naturalis. Apposita allusio ad voces πρώτος φύσις & πρώτη, Carpathi, & Coparum.

CAP. VII.

In Herodotum.

Hic l. 2. c. 112. seqq. f. 130. quendam ægypti regem *απαρία*, *Proteum*, commemorans, ad illius ætatem ægyptumque rapit, quæ de Helena referunt Poëtæ & de Alexandro. Eoque tandem dilabitur, ut pronunciet, Homerum aliquid accepisse fama de Helenæ adventu in ægyptum ad Proteum regem: Sed cum historiam illam crederet non satis decoram pro carmine, alio deflexisse. Veruntamen, Herodoto nec hilum veteris mythologiæ fuit perspectum: ut non sit mirandum, quæ ante ipsum Poëtæ dixerant de Proteo, illum rapuisse ad Proteum aliquem ægypti regem. Herodoto nihil constitit de Helena poetarum, quæ non femina, sed in clyta græca urbs Thessalorum, nihil de veris Trojanis rebus, quæ non ad Asiam, sed ad græciam pertinebant, nihil denique de Proteo Homeri, qui non vir aut marinum monstrum, aut ægypti rex, sed gens insulæ Carpathi, quoad externam scenam, pro scopo urbs Bœotica Copæ: Pariter de poetarum ægypto nihil, quæ illis non in Africa sed Bœotia, Thebarum Bœoticarum situ.

Sed audiendus *Herodotus*, quia illius fide clarissimi etiam hodie viri in Proteo fascinati, cum non animadverterent, Herodotum ab ægypti sacerdotibus, suo ævo viventibus, fuisse circumductum. Dixerat *cap. III. f. 129.* Sesostris, ægypti regis, filium

fuisse *Pheronem*, cum nullam suscepisset expeditionem *excoccatum* facto singulari: Cum Nilus ultra modum excrevisset, vento fluctus augente, illum spiculum in medios fluminis vortices contorssisse, statimque ex oculis laborasse, cœcum, ad decennium: Eoque elapso, oraculo monitum fuisse, *visum illi redditum iri, si oculos abluisset lotio mulieris, quæ ad suum solum virum accessisset, aliorum virorum experta, Uxoris urinam non solum non juvisse, sed cœciorem reddidisset, ceterarum urinam expertum, non nisi unius lotio visum recepisse, eamque uxorem duxisse, ceteris feminis omnibus in unam urbem coactis concrematis: Indeque pro memoria ingens spiculum in templo solis in memoriam facti ab illo esse positum. Olent pleraque urinam sacerdotum, aut mythos veterum, quos non distingueret Herodotus, credulus. Si admittatur, illum præ animi impotentia spiculo fluctus petiisse, uti alii virgins in undas investiti; symbolica apparet illius *excoccatio*, qua quodcumque demum damnum ejus, si non regni privatio, effigiatum, pro nominis omnine: *Φέρων πνεύσας, περιουμένον*, Pheron orbis lumine. *Restitutio visus præ-* sagita, recuperatio prioris fortunæ aut libertatis vel regni: *Φέρων ἀνασφραγισθέντων*, Pheron vesicium, restitutum. *Oculi urina abluendi; νιψάμενος ἑρῶν*, Pheron urina lotus; pro expiatione quadam acri, a sacerdotibus in ægypto valentibus præscripta vel injuncta, ad regni sui incolumitatem recuperandam. *Φέρων ὀπίσθας ἑρῶν νιψάτων*, Pheron visum urina fricans, paronomasia mythis propria. *Περσίδαι ἑρῶν, φέρων περιουμένον ἑρῶν*, Pheron pertentans urinam. Omnium feminarum, quæ non essent ἀνδρῶν ἀπίστων ἑρῶν, urinam non juvisse Pheronem, nec propriæ uxoris; adeoque fuisse universas crematas: *Φέρων περιουμένον*, Pheron urens: Sive reapse adulteras regni ex sententia oraculi vel sacerdotum cremaverit, sive alio supplicio astecerit, illo historico-rum symbolo. Verò simile sane aliquid mythi in Pheronis historia latere, ab Herodoto non visum. Pariter ut in aliis, ipsoque Proteo, Herodoto non vidente.*

Pheronis illius successorem pronunciat Herodotus *virum Memphisitem*, ex sacerdotum traditione, τῷ κατὰ τὴν ἑλληνικὴν γλῶσσαν ὄνομα προτεία ἔσκει, cui nomen Protei lingua græca. Fucus sacerdotum ægyptia-

ægyptiacorum, vel imperitia, qui audivissent de Proteo Homeri ægyptiaco, nescii quorsum referrent, sive ex arte, Homeri Proteum in ægypti historiam infarciendo, ut græca pleraque magna & illustria sibi vindicare sucti. Si ergo fuit rex aliquis, successor Pheronis, Memphites ortu, certe *Protei* nomen peregrinum esse professi sunt sponte sacerdotes idque *græcum*; non nisi ex Homero non intellecto.

Pergit: *Cujus Protei nunc apud Memphis visitur æqueq; sanum adpta καλὸς τε καὶ ἐν ἰονισμοῦ, decorum valde & ornatum, ad australem partem templi Vulcani positum, circumquaque Phanicibus Tyriis habitantibus, qui locus omnis castra Tyriorum appellatur.*

Ex Protei templo Memphis posito nulla probatio ad Proteum regem priscum Memphorum. Moris, apud omnes orientales, mythos Homeri, ubicunque possent, quacunque specie, in suas trahere regiones, de quibus, pro scena externa, disseruisse vitus Homerus.

In quorum fatorum, sibi falso licet vindicatorum, memoriam posteris inter gentes monumenta posuere, numinum, sive herorum, in suis illis terris & urbibus. Quod publicum tandem evasit fascino, fide templo ipso historiarum facta. Quæ ex sacerdotum partim ignorantia, partim fraude, subnata populorum fascina, publica autoritate & fide munita. Ita & Memphis templum Proteo suscitatum, postquam Homeri fabula cum Proteo in ægyptum pertracta fide publica.

In hoc Protei sano ades, qua vocatur Ἑλὴν Ἀφροδίτη, hospita Veneris. Conjecitque Herodotus, Helenam esse: Quam conjicio esse Helenam Tyndari filiam: Tum quia apud Proteum fuisse diversatam audivi, tum etiam quod cognomine Veneris hospita appellata est. Nam quicunque sanis aliterius Veneris templa, nevisquam hospita appellatur. Et sane percontanti mibi sacerdotes de Helena, referebant ita rem esse gestam.

In templo Protei, ægyptiis astu vindicati, Homero invito, imago exitit *Helena*, traditionis iterum vulgaris tessera, cum venditaretur, Helenam in ægyptum venisse. Homeri *Helena* ægyptiis illis sacerdotibus, templi Protei & imaginis Helenæ conditoribus, ignota prorsus, quibus esset visa & jactata femina: Cum ex Homeri mente

mente *Helena* esset celebris Thessaliæ urbs Ἑλλάς, *Hellas*, aut colonia *Helladis*, urbis græcæ laudatæ: ut coloniarum nomina ex patria ipsarum subinde petita. Cujus urbis *Helladis* cives primum dicti Ἕλληνες; donec vox Hellenum, ἑλλήνων, urbe potentiore & colonis spectabilioribus, ad finitimas transit terras, longius etiam diffusas. Scholiastes Homeri in *Iliad.* 1. f. 1. dilucide: Ἕλληνες κοινῶς πάντες οἱ τῆς Ἑλλάδος ἐκλήθησαν, ἀπὸ Ἑλλήνων τῆς Ἰδῆς. Πρώτοι τε ὕστερ ἐλεγοντο οἱ ἐν Θεσσαλίᾳ ἀνδρῶται, ἢ μὴν ἅπαντες, ἀλλὰ μόνοι οἱ ἐν Ἑλλάδι τῆς Πύλαι. Ἐπειτα μετέωρα διηγεῖν τῶ Ἑλλήνων, καὶ τῶν τῆντι παλίων, ἀπ' αὐτῶ πάντες ἐκλήθησαν Ἕλληνες.

Hujus Thessaliæ urbis spectata colonia Pœtis nomine venit *Helena*. Nec adeo *Helena* femina, sed feminae multæ, sed viri, juvenes, iique permulti, confociati in cœtum migrantem, coloniae more. Hæc ex vetustissimorum scriptorum stylo, uti non lectoribus Homeri popularibus, ita nec sacerdotibus ægyptiis inciderunt; aut si qui nossent studio dissimularunt, inter prisicos. Quomodo *Helena* in templo Protei, feminae fronte, symbolum imperitiæ in autoribus, & fascini in plebe.

Traditionis de *Helena* in ægypto tenorem refert Herodotus ex ore sacerdotum, bona fide, nescius veri & ignarus fraudis ægyptiæ, pro sueta Herodoti credulitate: Dicebant, *Alexandrum*, raptam ex *Sparta* *Helena*, cum remavigasset domum, in mari *Egeo* ventis cursu excussam in ægyptiacum pelagus: atque illinc non remittentibus flatibus impulsam, in ægyptum, ad ostium *Nili*, quod vocatur *Canobicum*, atque ad *Taricheas*. Nulli *Helena* feminae errores in mari, multo minus in ægyptum tempestate dejecta: Quando colonia *Helladis* sive *Thessalica*, in *Bocotia*, quæ Pœtis mare, oberravit, *Thebas* perlatam ad *A'opum*. Nobilis adeo turmæ *Thessaliæ*, non feminae, itinera per *Bocotiam*.

Fabulam, suam vel ægyptiorum, de *Helena* in ægyptum adventu ad *Proteum*, pertexit Herodotus, temere traditioni filius: Erat in eo litore, ostii *Canobici*, *Herculis* templum, quod nunc quoque est, ad quod si quis cujuscunque hominis servus confugiens sacras habeat notas, sese illo iradens, eum nefas est tangere. Quæ sanctio ad meatum usque

que etatem prorsus immutata perseveravit. Eam templi legem mancipia Alexandri cum audivissent, ab eo profugerunt. Assidentesque deo supplices Alexandrum insimulabant, eum perdituri: Remque omnem exponebant, ut circa Helenam gesta erat, & illatam Menelao injuriam. Insimulabant autem de his apud sacerdotes, & apud ostii Nili profectum, nomine Thonin. His auditis, Thonis quam raptissime Memphin ad Proteum mittit hac nunciatus, his verbis: Peregrinus quidam venit nomine Tencer, qui rem nefariam in Gracia perpetravit: Quippe seduxit hospitis uxorem, quam secum ducens cum multis admodum opibus, in tuam terram ventis appulsus est: Utrumne suemus cum abire impunem, an ea qua attulit secum eripiemus? Ad hac remisit Proteus qui diceret: Virum istum, undecunque is sit, qui rem nefariam in hospitem suum perpetravit, comprehensum ad me deducite, ut quidnam dicitur sit, sciam. Hoc ubi accepit Thonis, Alexandrum comprehendit, navesque ejus detinet. Dehinc illum Helenamque cum opibus, atque etiam servos Memphin ducit. Quibus omnibus commemoratis, Proteus percontatus est Alexandrum, quisnam esset, & unde cum navibus profectus? Alexander illi & genus suum recensuit, & patriae nomen, & unde navigasset, & quo. Sed interrogante Proteo, unde Helenam accepisset, titubantem in loquendo ac tergiversantem coarguebant illi, qui fuerant supplices, exponentes omnia, qua in scelere admittendo gesta essent. Tandem Proteus apud eos hanc sententiam tulit: Ego, nisi magni interesse arbitrarer de nullo peregrino supplicium capitis sumere, ad terram meam ventis appulso, supplicium de graco illo de te sumerem. Omnium hospitem deterrime, scelestissimum facinus admisisti, a tuo ipsius hospite erepta uxore. Neque his contentus, cum ea abiisti. Ac ne his quidem satis habens, compilata hospitis domo venisti. Itaque quoniam magni momenti esse duco necare hospitem, mulierem hanc atque opes tibi ut abducas non sinam, sed ego hac graco hospiti servabo dum ille ipse constituerit venire ad ista reportanda. Tibi vero ipsi, cuiusque convectoribus, ut e mea terra in aliam triduo transfretetis precipio, alioqui vos pro hostibus persecuturus. Hunc Helena ad Protea adventum fuisse sacerdotes referebant.

Hæc demum sacerdotum ægypti, & mala illorum fide Homeri creduli, longa fabula, in qua nec mica veri: Cum nec Hele-

na persona esset, ne Alexander quidem ille, sed gentium, ex Homero nomina, nec in ægyptum Africæ vel minimo aëris motu pervenerint, multo minus ad Memphiticum regem Protea penetrarint. Quæ omnia, ex Homeri rebus minime intellectis, traditionibus vere fabulosis, somnia sacerdotum magis quam scenæ, quibus Herodotus fascinat. Quod tanto manifestius, quanto lepidius, quod Herodotus ipsemet harum ægyptiacarum nugarum tegumentum quærat in Homero, quem inspexit mirabundus, ut peregrina theatra inspiciuntur. *Quam famam*, ait bonus Herodotus, cum sacerdotibus illis somnians, *videtur mihi & Homerus accepisse.* Sed quia non perinde decora res erat in carmine, alio loquendi modo est usus, in quem transiit, declarans, se hunc fama sermonem notum habuisse. Ab ægypti sacerdotio deceptus vir credulus, colorem ex Homero quærit fabulæ. Hoc demum fascinum, quod in historico sane turpe. Sed excusandus videbitur Herodotus ex fide publica, hoc est fraude communi, ex opinione vulgari. Fatus cum suo seculo, meliora non edoctus. *Id manifestum est ex eo*, ait, quod in iliade facit mentionem ejusdem erroris Alexandri; nec usquam alibi recitatur, Alexandrum abducentem Helenam, eum alibi fuisse errabundum, tum etiam Sidonem Phœnices applicuisse. Meminit etiam hujus rei in laudanda virtute Diomedis, ita versibus inquit:

Picturata inerant ibi pallia, opus mulierum Sidoniarum,

Quas ipse Paris formosus ab urbe

Sidonia duxit, sulcans freta lata carinis,

Quum retulit magnis Helenam natalibus ortam.

Meminit quoque in Odyssea his versibus:

Hoc habuit Jove nata probum presensque venustum.

Quæ Polydamna sibi Thonis donaverat uxor

Ægypti quæ terra ferax fert plurima mixta

Multa quidem proba, multa autem damnoſa venena.

Hæc quoque alia ad Telemachum Menelaus inquit:

Huc etiam ægypto dii me tenere reverſi

Conantem, quibus haud uleram solennia sacra

In his carminibus fatetur Homerus se nosse errationem Alexandri in

ægyptum.

Ægyptum. Est enim Syria ægypto consermina, & Phœnicæ, quorum Sidon est, Syriam incolunt. Dorinitat bonus Herodotus, quod Homero visum congruere. Ægyptum Homeri non vidit Herodotus, in pectore ægypti in sacerdotum turba versatus. Herodotus magnorum scriptorum, etiam vetustorum, exemplar, qui cum homines essent, circumducti ab illis, quibus fidem temere haberent. Mera hæc in Herodoto fabula, qui Græcorum, Thessalorum, in Boeotia itinerum, coloniarum consuetudine, semitas Homero duce non vidit: Quod codonandum Herodoto & ejus seculo meliora non edocto.

*Qui ex Homero errorem longum Græcorum in mari cum Helena venditaverat, Cyprios tandem versus reprehendit, qui visi Helenæ perbreve iter statuere, non in ægyptum, sed recta ex Sparta ad Ilium: Itaque cum hi versus, tum vero hic locus, de Proteo diu in ægypto detento, non minimum imo maxime probant, Cyprios versus non Homeri sed cuiuspiam alterius esse, in quibus dicitur Alexander ex Sparta Helenam ducens, iriduo Ilium pervenisse, secundo vento usus ac tranquillo mari: Cum in Iliade dicat, illum, cum Helenam duceret, errasse. Quam errat Herodotus, non in mari, sed in poetis, in scenis, vel Homeri, vel Cypriorum, Homeri nomine, in quibus sibi visus quondam contradictionem observasse, Helenam nunc in ægyptum venisse, nunc minime. Herodoto poetici genii ne tantillum perspectum, qui gentis Hælladicæ aut Thessalicæ, h. e. Helenæ, per vicinam Boeotiam ad urbem Orchomenum seu Andriadem h. e. Trojam, vel iter vel errorem non penetravit. Quare desperabundus Herodotus, scrupulorum pertæsus, Homeri & Cyprios versus simul abjicit, profugus: *Ἰσοῦ μὲν ἴσῃ ναὶ τῆ Κίπρια ἴσῃ Χαρίτων, sed Homeri & Cypria carmina valeant. Dehinc redit ad ægyptios sacerdotes, quid illi de Helenæ & Protei rebus commemorarint, non attendens, illos falsos fallere Herodotum, pro traditionum jure & consuetudine. Ceterum, inquit, numquid græci vana, que circa Ilium gesta memorarent, percontanti mihi, sacerdotes ita respondebant. Se cognovisse ex ipso Menelao, rapta Helena magnas græcorum copias auxilio venisse Menelao in regionem Teucricam. Qua in terram**

agresse, locoque communito, miserint Ilium legatos, cumque iis & ipsam Menelaum iuisse. Hos, postquam ingressi sint mania, tum Helenam, opesque, quas Alexander furto abspostasset, repoposuisse, tum injuria satisfactio- nem. Teucros autem tunc eadem narraſſe, deinde & juratos negaſſe habere ſe Helenam atque opes de quibus arguerentur, ſed ea in ægypto eſſe omnia: Neque ſe jure reatum ſuſtinere earum rerum, quas Proteus ægyptius rex te- neret: Græcos, cum ſe ab illis derideri arbitarentur, ita obſediſſe Ilium, donec expugnarent. Urbe capta, cum Helena non appareret, & eandem orationem quam prius audirent græci: ita demum, habita prioribus verbis fide, ipſum Menelaum ad Proteum mittunt. Hic ubi ad ægyptum perve- nit, & Memphin appulit, expoſita rei geſta veritate, honorificentiffime ho- ſpitiu exceptus, Helenam malorum immunem recepit, & inſuper omnes pecunias ſuas. Quam lepide illuſum Herodoto ab ægyptiis, impe- ritis magis, ut apparet, quam dolofis! Ægypti appellatione abuſi ægyptii ipſi, Homeri genio inverſo & deſerto, Herodotum, my- thologiæ haud conſcium, haud difficulter irretiverunt, res Hele- næ & Protei in ægypti fundo oſtentantes, quæ in Boeciæ provin- ciam pertinebant. Ut Scriptores non parvi inter veteres paſſibus immenſis a veritate aberarunt, ſæculi potiſſimum credulitate, in po- ſteriorum fraudem.

Ulterius de Menelai in ægypto mora Herodotus ex ægyptiis illi imponentibus: Cum ſua aſſectus eſſet Menelaus, injurius tamen in ægyptios exiitit. Nam cum proſciſci conaretur, nec per ventos poſſet, id- que jam diu, rem nefariam excogitavit. Sumptis enim duobus pueris, quo- rundam indigenarum filiis, exſectisque, haruſpicinam fecit. Quod ubi cum feciſſe reſcitum eſt, inviſus & exagitatus navibus in Libyam profugit. Hæc Herodotus ex ficta ægyptiorum & fucata traditione, nihil ſuci metuens, cum neutri Homerum, unde omnes illæ impoſtura, verbis ejus prætextis, compoſitæ, caperent. Ægyptii & Hero- dotus longiſſime ab Homero & ejus ſcopo. Cum fuga Menelai ex ægypto acquievere ægyptii in fallendo Herodoto: Eo, extra ægyptum in mare, poſtquam ſe contulit Menelaus, nihil amplius quod referrent ægyptii habebant. Atque horum alia ex hiſtoris ſe noſſe dicebant, alia, ut apud ipſos geſta, ſeſe magis habere comperta. Et hæc quidem ajo-
bant

banæ ægyptiorum sacerdotes. Herodotus, rerum Homeri penitus imperitus, fidem habuit fallentibus ægyptiis, qui res græcorum in suum fundum, præ gloriæ cupidine pertrahere docti, adjuvante colore non omnino nullo, quod Homerus *ægypti & in Protei robus* expresse meminisset, immemores styli Homeri & genii, qui pro Thebana Boeotiæ provincia ægypti scenam, non nisi pro theatri larva adhibuerat. Quando *Helenaes* vel in procœmium operis Herodoti, vel in *Homerum* ipsum, recensere dabitur, amplius antiquitati accendetur lumen, fabulis interpretum, autorum & gentium, detectis. Nunc satis, Herodotum non vidisse Proteum.

Interea, falsus Herodotus fefellit posterorum plures, quibus non vacavit in traditionum fontes & Herodoti credulitatem inquirere. *Marshamus, Canon. Chron. p. 414.* non discessus, se in Herodoti Proteo ficti quid animadvertere, tamen si fundum non pervideret: *Pheroni subjungit Herodotus Proteum, nescio quem, Memphis regnantem, qui durante bello Trojano, Alexandrum cum Helena apud se detinuit.*

Perizonius, *Ægypt. Origin. c. 15. p. 239.* ab Herodoto seductus, ejus fidem ponderare non contigit, pro externis Homeri scenis, qui *Protea ægyptium* dixit, Proteum quendam ægyptii fuisse regem creditur, non attendens fucum Herodoto ab ægyptiis factum, & in Homero ægypti vocem ad Boeotiæ pertinere solum ac fundum, pro mythologiæ tenore. Eustathius, quem pro Homero adfert, Proteum ægypto adscripturus, Herodoti fide unice nixus, illo non attentior, quod suo loco infra ostendetur plenius. Frustra proinde se macerat Perizonius, Proteum hunc investigando, quem nulli in historia videt pro traditione Herodoti.

CAP. VIII.

In Diodorum Siculum.

Eandem cum Herodoto apud ægyptios sacerdotes expertus in historia Protei cognoscenda fortunam *Diodorum Siculum*, nec in judi-

judicando cautior, æque credulus, tametsi indagandis rerum gestarum circumstantiis aliquanto sollicitior. De Sefostris cum disse-
ruisset, ut fecerat Herodotus, filium Sefostris ejusdem cum patre
nominis factum ait, quem Pheronem dixerat Herodotus, eadem
hujus facinora & fata recensens, non omnino nulla luce addita:
Qui aperte *aliquid mythici in his se perferentiscere pronunciat, jacu-
lis in fluvium tortis addens, αἷς πρὸς μυθολογίαν, ut quidem fabulan-
tur*: Siquidem non vero dissimile, per fluvium nimis intumescen-
tem & vento fluctuantem, ægyptiorum subditorumve seditionem
designari: perque spiculum in fluctus tortum, sævientis in subdi-
tos arma denotari: Unde secuta occitas, *νήσαντες γέροντες*, *privatio
visus in Pherone*, potestate amissa & imperio fracto.

Subjunxerat Herodotus Pheroni successorem *Proteum Mem-
phitem*: Sed Diodorus prælongum intervallum ponit inter utrum-
que illum Sefostrim & Proteum, multis seculis tractum. Quod si
enim Troja, pro traditione, capta est tempore Jephthæ, tunc a
Sethosi vel Sefostris, ægypti rege, sub cujus regni initium Israëlita
desertum Sinai sunt ingressi, usque ad Trojam captam, anni sunt
267. adeoque a Pherone, Sefostris patris filio, usque ad Proteum,
plus quam ducenti fluxerint anni. Ad Proteum ergo progressus
Diodorus, refert, *ex ignobilium numero pro ceteris regem fuisse designa-
tum, quem ægyptii χάρρα, χέρον, Ceten dixerint, quem Græci Proteum
nominent: Cujus atas in belli Trojani tempestatem incidat. Regem
ægyptiorum ceten ægyptiis & Diodoro non negabimus, quod re-
gis nomen ægyptiacum præterierat Herodotus. Sed fabula est
ægyptiorum & Diodori, illum esse Proteum Homeri. Ægyptii sa-
cerdotes, in suam gloriam omnia græca rapientes, Proteum, ab
Homero dictum ægyptium, ex vulgata Trojana expeditionis tem-
pore in ægypti regem ceten transtulerunt. Proteum Homerus
non dixit regem, multo minus ægyptiorum regem, sed solum ægyptium;
neque tamen Afrum, sed Bocotum, Thebanum, pro mythorum
ratione. Vocem proinde ægyptii apud Homerum detorfere sacer-
dotes partim ex mythorum imperitia, partim arte, in ægypti regem.
Belli Trojani* meminuit Diodorus, qua ætate vixerit ille Proteus,
ægypt

ægypti rex, ex populi traditione, cui non innotuit Homeri mythus, qui non ad Trojam Asiæ, sed Andream Graciæ spectat. Ex falsâ hypothesi, ægyptiorum & Diodori, Proteum Homeri regem fuisse ægypti, fluunt ceteræ ambages de formis Protei, quomodo in rege extiterint ægypti. Ceterum, non præteritundum contradictionem manifestam pellucere apud Diodorum, in rege cete & Proteo. *Cetes* ex ignobili genere; Sed *Protem* juxta Homerum ex illustri sanguine, cujus parentes & familia clari nominis, de quibus nos supra, suo loco. Præterierunt ægyptii & Diodorus *greges Protei, phocas*, quod hæc non quadrarent ægyptiorum regimini, nec viderent, quid illæ sibi vellent. Quomodo in omnibus mythis versati ægyptii, ut carprim aliquid illorum in ægypti statum transferrent, reliqua, quæ ipsis non congruerent, silentio præterirent. Non suboluit Diodoro *phocarum pelvis*, quia plane non attigit, nec tangere potuit, præ mythorum imperitia. Debuissent ægyptii & Diodorus *omnia Protei negotia* suo tribuisse regi ægyptio, quod artis fuisset, captu illorum superioris.

Nihilominus aliquos Protei Homerici characteres in regem Cetem visi transferre voluisse, Diodoro referente: *Illum ventorum scientia præstitisse, πνευματων ἔχων ἐμπειριαν*. Ex assidua cum Astrologiæ consuetudine hujusmodi arcanorum peritiam adeptum esse. Ex mytho Homeri hoc profectum, cui futurorum dicitur habuisse notitiam, vates; quod ad ventorum notitiam & de illis præfagia, tractum apparet. Ex sacerdotum ægyptiacorum jactantia, in sui regis Cetes honorem hæc composita, cum ventorum cognitio ex astrorum peritia non pendeat. Quin illa *ventorum cognitio indicium insulanorum*, quibus navigandi studium. Atqui Proteus, Carpathius magistratus, insulanus, quoad poetarum scenam.

Magis fabulosum, quod in personato ægyptiaco rege Proteo formarum transmutationes fingant mirabiles, ægyptii sacerdotes & Diodorus: *Quod se nunc in animalium formas, nunc in arborum aut ignem, aut aliud quidpiam transmutasse traditur, id ipsum cum sacerdotum de illo narratione consentit*. Ex ritu, regibus per traditionem usitato, hanc de forma transmutatione fabulam apud græcos ortam esse, *Ægyptiâ*

Ægyptii enim Principibus, leonum, taurorum & draconum facies, ut regia potestatis insignia, capiti circumdare, & nunc arbores, nunc ignem, quandoque etiam suffimentorum non pauca fragrantium in vertice gestare, mos erat. Simul ut his decore se exornarent, simul ut stuporem alius, & superstitionem incuterent. Quam serpit cum sacerdotibus Diodorus, quam se vertit, ut Proteum in ægypti rege tueatur! Quam nihil bono Siculo priscorum poetarum fuit cognitum! Mos ille regum ægyptiacorum, si fuit, aliis etiam gentibus fuit communis, quando insignia aut arma nobilium capita boum, cervorum, brutorum, adhuc præ se ferunt. Sed quæ unda Protei, in capite regis ægypti? Quæ ampla arbor in illius vertice? Quid respondeant sacerdotes cum Diodoro? Non animadvertit Diodorus se ab ægyptiis sacerdotibus deceptum, cum neutri Homeri mythos caperent, non nisi externæ scenæ inhiare & stupere docti.

Diodoro dehinc Protei filius Remphis in ægypto successit; quod iterum cum Protei Homerici filiis non convenit, qui ob crudelitatem vivo Proteo patre, nec deplorante, nec indignante, ab Hercule sunt interfecti.

Tam infanda historiarum apud veteres confusio, ex mythorum Homeri & aliorum poetarum ignorantia. Laboris est non parvi, prius mythorum vim & scopum pervidere, dein historias exteris separare a traditionibus fucatis, Poetarum mythis illuc detortis. Liberare veritatem a peregrino illito sūco oportet; ubi historia veterum orbium attendenda.

Diodorus *Perizonium*, in *ægypti Origin.* p. 241. seqq. in Protei ægyptiorum regis castra haud difficulter pertraxit, cum mythorum Homeri adeoque & Protei res per ætatem illam non cognoverit, uti nec Diodorus ipse cognorat. Superfluum adeo, quod *πρωτος* nomen a græcis huic ægyptiorum regi datum esse conjicit, quod fuerit *πρωτος*, primus post anarchiam aliquam rex, primus suæ familiæ, primus novæ dynastiæ. Neque sane a græcis unquam *Proteus* dictus est ægyptiorum rex. Neque tamen nisi conjectura *Perizonii*, hunc Proteum tempore belli Trojam in ægypto floruisse, non definitio aut asseveratio; *Videtur tempore belli Trojani Proteus,*
sive

sive *Sethos*, sive *Ketes*, sive etiam *Tithonus*, celebris *gypti rex* existisse. *Seculis superioribus* condonandæ hæc similesque conjecturæ, quando *Homeri* & poetarum ceterorum mythologiæ prorsus fuerunt quoad scopum latentem ignotæ. Hæserunt viri quique docti in scenæ externæ colore, immemores, post vela *Homerum* græciæ historias condidisse. Vela proinde movere ac retrahere illis datum non fuit. Nec fortunatior adeo *Gurilerus*, in *Origin. Mundi*, p. 522. qui *Herodoti* & *Diodori* vestigia sine scrupulo secutus, nihil ultra auguratus.

CAP. IX.

In *Dionysium Periegeten*, & *Eustathium*
illius Scholiamen.

Dionysius p. 20. *Pharium mare*, φαρῖν ἄλα, ex ore nautarum recte describit a *Pharo* *gypti*, quod in ultimum jugum porrigatur montis *Casii*, supra lacum *Sirbonis*. Atque hæc *Pharus Alexandria*, *Eustathio* in *Dionysium* iuste observante: φάρια διὰ τὴν Ἀλεξανδρείαν φάρον, ἧς ἐστὶ τῆσθ' ἐν δεξιᾷ κειμένη Ἀλεξανδρείας, πύργον αὐτῆσθ' ἄριστον, ἐκτεταμένον τοῖς καταπλέουσιν. Hactenus vere *Eustathius* de *Phario* illo mari. Sed quod addit *Eustathius*, hanc videtur ab *Homero* in *Odyssea* fuisse notatam, ipsomet in *Commentario* ibidem observante, de quo nos suo loco, fallitur, cui mythi *Homeri* non fuerunt perspecti, in quibus revera hospes.

De *Alexandria* ubi *Dionysio* sermo, p. 37. addit de *Pharo*:

ἤξι περ ἄνεσι
φαίνονται σκοπίαὶ πάλαιδ' ἰδοθείης.
ubi summa

Cernuntur specula Pallenidis idothea.

Pharum circumscribendo Poetarum mythos huc refert, qui eo non pertinent, sed ad *Carpathum* & *Copas*. Quoniam celsa turris pro lumine in usum nautarum a *Ptolemæo* in insula *Alexandriæ* fuscitata, celsas speculas commode appellavit *Pharum*. Sed dum nomen

men illi tribuit *Idothea*, fabulam respicit *Homeri*. *Idothea* filia *Protei Homero*, atqui *Proteo* in hac *Pharo* ab imperitis data sedes: Pater ergo *Proteus* cum filia *Idothea* hic sedisse fingitur. Eaque ratione vocat *speculas Idothea*, h. e. *Protei*, qui cum filia *Idothea* ibi confederit. Appellat autem *Idotheam Pallenidem*, a patre *Proteo*, qui creditus ex *Pallene* *Macedoniae* in *ægyptum* migrasse. *Idothea Pallenia* est *Idothea Protei Pallenii filia*. Hæc *Dionysius* ex fabula, non *Homeri* sed vulgi. *Proteo* namque nihil rei fuit cum *Pharo ægypti*, adeoque nec *Idotheæ*: Siquidem omnis *Protei res* ad *Carpathum insulam* & *Copas Boeoticas* pertinet: Quod nescivit *Dionysius*.

Eustathius in *Dionysium* non peritior, qui pariter cum vulgo de *Pharo* & *Proteo* persuasus, meram traditionem popularem repetit. *Ἐποπία τῆς Εἰδοθείας λέγει τὴν κατ' Ἀλεξάνδρειαν φάσον, περὶ ἧς ἱερταί, ἢ τὸν ἀντιφάσον, ὑψιλλὸν ὄντα καὶ αὐτὸν ὄντα λέγεται Ὀσειδῶσσι καὶ Εἰδοθείας τῆς τοῦ Προτείου, ὅστις Προτεύς τῶν ξηνοκτόνων παιδῶν ἐν τῇ Τεγεατικῇ Παλλήνῃ ἀπαλλαγίς, ἀς ἰστέρι Δυκῶφρων, ἀποκατέστη εἰς φάσον μετὰ τῆς δουρατῆρος εἰδοθείας, καὶ δαίμων ἐνομήσθη θαλάσσιος. Speculas Idothea vocat *Alexandria Pharum*, aut *Antipharum* pariter *excelsum*, cui nomen *sepulchri Osiridis* & *Idothea*, filia *Protei*. Qui *Protens*, filios suos, qui *hospites* necabant, in *Thracica Pallene* linguens, referente *Lycophrone*, concessit in *Pharum* cum filia *Idothea*; ubi *marinus deus* est habitus. Nescivit *Eustathius*, quæ sub externa illa theatri veste laterent, de quibus nos abunde supra. *Proteus*, *Carpathio-Copaicus*, duos filios, seu duas colonias, *Copis* in *Poleſon*, *Tanagræ vicum*, ablegaverat, non longe a *Copis*, *Pellene Thraciæ* est *Poloson Tanagræ Homero*. *Tanagrensis* ditio poetis *Thracia*, pro scenæ mutatione artificiosa. Duo filii illi, aut duæ coloniæ, feroces per *Herculem* domiti, ab *Heraclidis* in *Boeotia* degentibus coerciti. Quod *Proteus*, *Copaicus*, non difficulter tulit. In *ægyptum* igitur, sive *Boeoticam* *Theben* se illa *Copaica* colonia parens, ad tempus recepit. Quorum omnium nihil ad *ægyptum* *Africæ*, multo minus ad *Pharum* *Alexandriæ*. *Dionysius* itaque & *Eustathius* non nisi scenæ*

EXTER.

externæ spectatores, qui *Homeri* mentem reconditam penitus ignorarent.

CAP. X.

In Ammianum Marcellinum, Plinium, Aristidem, & Jacobum Palmerium a *Grentemesnil*.

Ammianus lib. 22. Proteum in insula Pharo & Phocarum gregem se lustrare velut per somnum opinatur, ex plebejæ traditionis umbra: *Insula Pharos, ubi Protea, cum phocarum gregibus, diversarum, Homerus fabulatur inflatus, a civitatis littore mille passibus disparata.* Fabulam non *Homeri*, qui rectius sapit, sed populi scdatur; Uti non est virorum doctorum, inprimis scriptorum, historicorum ante alios, in infinitis rerum momentis obviis, singula ad veritatis limam excutere, sed memorare, non ut sunt, sed ut creduntur, ex traditione secura, ex consensu communi. Proteus nunquam *Homero* in hac Pharo locatus, sed in Carpatho, ubi phariæ portus. Taceo, quod nondum probari possit, tempore *Homeri* illam insulam, prope Alexandriam, nomen Phari habuisse, quod demum a face Pharia seu luce, turri excelsa cum lumine pro nautis, a tempore conditoris *Ptolemæi Philadelphi*, ortum apparet. De Carpatho, *Protei* sede, multo magis de *Copis Boeoticis*, *Ammiano* nihil constitit. Phocasque bruta credidit marina, quæ *Homero* cives Carpathii, dein *Copaici*. Nihil his hominibus, alias in suo scriptorum genere præclaris, rerum mythologicarum innotuit, unde fabulas recitant ex ore vulgi.

Plinius, lib. 2. cap. 87. ex Palmerii iudicio *Homero* amplius quid affingit, quam dixisse visus: *In Ægyptum a Pharo insula noctis & diei cursum fuisse Homero credimus.* Primum fallitur, quando *Homero* sermonem esse opinatur de pharo ægypti, qui de Carpatho loquitur. Sed non fingit, *Homerum* ponere spatium inter pharum & ægyptum iter diei & noctis, quasi *Homerus* non nisi diei iter expresserit; Quod non fecit *Plinius*, ex neglectu vocis græcæ

παρηγορία, quam bene attendit, quæ totum diem, sive diem & noctem omnino notat; nihil hic ex arte, quasi *Homerum* longius aberrasse voluisset indicare. *Plinius* interim, ut nullius mythi ita nec *Protei* fuit conscius, qui *Homerum* cum aliis non nisi exteriori scena inspicere doctus fuit, alioquin suam historiam naturalem mille locis mutaturus, illustraturus ac locupletaturus, infinitis populi nugis detectis, quas tuto passim vel retinet vel refert.

Aristides in Ægyptiaca oratione, p. 607. allegante Palmerio, in Exercitationibus in autores græcos, p. 487. Καὶ φάσιν ἐν τοῖς ἔρασιν ἕρποντες ἕμεσθε διαφθῆναι ἡμερησίον πλὴν ἀπείχων Κιζόντι, Etiam Pharus discrete Homerus dixit diurno itinere ab ægypto distare. Quod iter quantum fuerit, idem Aristides emetitur: Κατὰ τὸ φάρου σταδίου εἴσοσι καὶ ἑκατὸν ἀπέχει, καὶ τοὶ ναῦς Πανηγυρία θένου, ὑπ' αἰέμου κατὰ πρυμναν πύλοντες, περὶ ἧσιν καὶ λιγέως, ἐν ἴκοσι καὶ ἑκατὸν σταδίοις ἀνίστι μάστιγι, ἀλλ' ἴσως μᾶλλον διακοσίως καὶ χιλίως. Canobus a Pharo centum & viginti stadia abest. Sed navis toto die vento secundo & spirante aëta, non centum & viginti sed ducenta potius & mille stadia conficit.

Aristides non *Homeri Pharus*, *Carpathum*, multo minus *Copas Bœotix*, pro *Homeri scopo*, pervidit, sed in *Pharo peregrina*, ab *Homeri mente* aliena describenda versatus, temporum differentiam & mutationem situs stupet, dum *Pharus* nunc a *Canobo* solum distet quatuor milliaribus germanicis circiter, sed iter illud *Homeri* conficiat ultra quadraginta & duo millia germanica, si *Italicorum* magnus numerus ad nostrum minorem, pro quantitate majore reducatur. Falsus ergo in *Pharo Aristides*, non *Homeri mentem*, sed popularem traditionem secutus. In *Carpathum*, si *Pharia* in *Carpathi* portu incidisset viro, iter illud quadrasse centum & septuaginta duorum milliarium italicorum, haud difficulter animadvertisset. Neque tamen ab ægypto ad *Carpathum* præcisè unius diei aut tot millium iter *Homero*, sed circiter, pro carminis metro: Inprimis cum non definiat *Homerus* initium itineris ex quo portu *Nili*. Satis abundeque longa illa distantia itineris integri diei potuisset non modo *Aristidi*, sed & quibuscunque aliis ansam dare de alia cogitandi insula maris mediter-

diterranei, quam de illa in littore ægypti, quæ illos in fyrtes compulit, ut nescirent ubi locorum Homeri Pharus tam longe ab ægypto distans. Hæc est traditionum popularium fortuna.

Palmerius Aristidem culpat, quod, tamen Eratosthenes Homero imputasset ignorantiam, quam Strabo negasset, & excusasset, Aristides tamen fuisse audacior, qui tam magnam Phari ab ægypto distantiam Homero tribuisset, itinere totius diei. Sed Aristides diserta Homeri verba non potuit dissimulare, quæ iter integri diei ab ægypto determinant. Sed uti Aristides non apprehendit Homeri insulam Carpathum, quorsum iter illud diei totius ab ægypto, ita nec Palmerius animadvertit. Quare Palmerius, æquæ ac ceteri, se hic torquet, citra necessitatem. Credit autem, posse Homerum vindicari vocis *αἰγυπτῶ* ægypti significatione detecta, quæ non regionem ac continentem sed *flumen Nilum* Homero denotet, cum vox *Νεῖλος* Homero non innotuerit, qui *Nilum* semper appellaverit *ægyptium*. Quo sine adducit locum ex *odys.* 4. *Αἰδ' εἰς αἰγυπτῶλο δεινῆτο· ποταμῶλο Σηῖναο πλάσ,* Rursus ad ægypti fluvii a Jove cadentis fauces *naves firmavi*. Quanquam vero nomen *αἰγυπτῶ* flavio Nilo alicubi competat, non tamen ille locus id probat, cum *ποταμῶλο Αἰγυπτῶ* hic commode construatur, *flumen ægypti*, uti alias frequenter Homerus ægypti nomine terram aut regionem designat. Posito vero, & nomen *ægypti* hic non continentem sed *Nilum* notare Homero, existimat Palmerius, non incongrue dixisse Homerum, quod Pharus distiterit a Nilo itinere unius diei, puta, ab aliquo remoto Nili ostio, tunc temporis, ut retur, præcipuo; cum *Heracleoticum* ostium tempore Homeri vel nondum fuerit frequentatum, vel non apertum, cum postea multa sint subnata ostia, ut hodie vel decem sint effluxiones. Atque ita recte esse dictum, ab ostio Nili certo ad Pharum usque iter esse integri diei. Contra exceptionem, non posse nisi *Heracleoticum* ostium intelligi, respondet, posito, ab illo tamen ad Pharum a Strabone poni centum & quinquaginta stadia, sive milliaria italica 19. Atque hoc spatium illis temporibus per remos, lento progressu, diem potuisse conficere, vento etiam favente, quo repugnante ne quidem

uno die illud spatium potuisse absolvi. Verum, Palmerius irrito labore Homerum in novam plane, menti Homeri contrariam sententiam deflestit; quod non fecisset, si penetrasset, Pharam Homero esse Carpathum; Quo ignorato, tam anxie in Nili ostiis versatur, & inter remiges. Grandi labore nil minus effecit Grentemesnil, quam ut Homerum servaret, quem servasset, palma obtenta, si Carpathum lustrasset.

Interea Palmerius male Plinio objicit, quod pro itinere unius diei substituerit iter diei & noctis; Recte Aristidi, qui iter navale a Canobo ad Pharam dixerat centum & viginti stadiorum, quod non navale sed terrestre a Canobo ad Alexandriam s. Pharam, diserto teste Strabone; Verum iter navale a Canobo ad Alexandriam s. Pharam fuisse centum & quinquaginta stadiorum, rursus Strabone teste.

Neque abjicit Palmerius Strabonis assertum: In longo itinere a Nilo ad Pharam, per totum diem, aliquid fuisse jactantiae in Menelao, ut peregrinantes soleant esse jactabundi: Atque ita a Nilo ad Pharam longiusculum facile ferri posse iter Homeri. Sed omnes hæ angustiae inanes & supervacaneæ, quæ Homero tantum abest lucem attulerint, ut potius longius a scopo avocaverint, ex mera mythorum in vetustis græcis scriptoribus imperitia; Quæ non viris doctis sed obscuro temporum fato tribuenda.

CAP. XI.

In Virgilium.

PERquam eleganter ex græco in Romanum forum os Homeri derivavit arguto suo more Virgilius, *Georgic. lib. 4.*

Est in Carpathio Neptuni gurgite vates,

Cæruleus Proteus.

Carpathius Neptuni gurgis, *Carpathium mare*, in quo mari *insula Carpathus*, nativa Protei sedes, pro externa scena. *Neptuni gurgis* audit mare, quod *πρωτοιδω* poëtis græcis dicatur maris dominus. Poëtis buidem græcis veteribus ut *mare* est Boeotia, ita *πρωτοιδω*

Neptu-

Neptunus est *Θησα*, urbs *Thebarum*, penes quam dominium in Boeotiam. Posteri, græci & latini, veterum græcorum styllum transfulerunt in omnes extra græciam oras, pro externo mythorum sono. Cum ergo dicerent prisca græci, *Neptunus Ponti dominus*, *νοῦτροπέδων*, ac intelligerent urbes & terras græciæ in Boeotia, Thebas & Thebanum in Boeotia imperium, posteri, externum vocum sonum secuti, præter mentem græcorum veterum, physice *magnus oceanum* circa terrarum orbem intellexerunt, & præsidium aliquod numini cuiusdam adscriperunt in pontum. Quo pacto præter prisca poetarum intentionem alius in orbem invasis styllum, iisdem veterum verbis, alia sententia, contra primævum orationis usum & sensum.

Quo errore omnes gentes, insulæ, urbes, sibi tandem tribuerunt, quæ externo sono apud *Homerum* visa illuc pertinere; cum nescirent, *Homerum* ceterosque mythologos scenas artificiosè permutasse, & theatris peregrinis, scenis ascititiis suæ plerumque patriæ res effigiassè. Quomodo omne Trojanum bellum ex græcia in Asiam raptum, subridente *Homero*. In ægyptum Africæ pertracta centena, quæcunque apud *Homerum* de Bœoticiis rebus nomine ægypti cantata. Alia in Phrygiam, Lyciam, Syriam, Phœnicen, vècta, *Homero* caput quatiente. Ampla res *Cadmi* in Phœnicen Asiæ pèllecta, quorsum *Homerus* nunquam collimaverat, nisi pro externo theatro. *Argonautarum* expeditio in remotam Asiæ colchidem ad Pontum Euxinum vocata, quo primi autores animum non verterant. *Europa* raptus in Sareptam Phœnicen abrepta, quam illa nunquam viderat. *Andromeda* ad *Joppensia* saxa alligata, quæ nescierat quidem.

Præter illum recentiorum usum styli veteris græci, nonnulli recentiores, qui prisca usus probe conscii, cum veteribus locuti sunt, tum verbis ut prisca, tum sensu quoque primævo. Quod in argutis poetis Latinis, velut *Virgilio*, *Ovidio*, curate observandum, qui veterum induerunt sæpe os & mentem. Ita & *Virgilius* hic externam scenam *Protei* ornat insula *Carpatho*, eodem modo ut *Homerus*, quasi ibi res omnis de *Proteo* sit gesta.

Sub

Sub *Carpathio* proinde *gurgite* seu *mari*, intelligit cum *Homero* *Virgilius* *Coparum urbem* & ditionem in *Boeotia*: Cui & *gurgis* seu *mare* est, pro scopo *Homeri*, *Boeotia* provincia, *ogygia*, oceanus. Sub externo quoque *Neptuno*, in scena comparente, & *Virgilio* sunt *Thebæ*, & *Thebanum* in *Bocotos* imperium. Atque ita *Virgilio* *Proteus*, quoad externum theatrum, est insula *Carpathus*, seu *Carpathius* magistratus.

Ceruleus *Proteus*, ore *græcorum* *κῶρεος*; qui character ut *maris*, ita omnium deorum *marinorum* apud *Poëtas*: Non tam pro colore *maris*, quam quod *tota Boeotia* diceretur *ogygia*; omnes autem *marini* *poëtarum* *dii* *urbes* sunt & *nationes* seu *populi* *celebres* & *potentes* in *Boeotia*; omnes *κῶρεος*, *ogygii*, i. e. *Boeoti*.

Ipseque *Proteus*, *Virgilio* pro exteriori scena, *Carpathus*, sed pro recondito scopo, *Copaicus*. Arguti proinde *lectoris* *oculi* *foris* in *insulam* *Carpathum* sunt *directi*, sed *interne* *animus* in *Copis* *Boeoticis* versetur oportet.

Magnum qui *piscibus* *æquor*,
Et *junctum* *bipedum* *currum* *metitur* *æquorum*.

Æquor, aut *mare*, in quo *Proteus*, foris *mare* *Carpathium*, intrus *Boeotia*, in qua *Copæ* *sitæ*, ad *lacum* *Copaidem*. Et *magnum* *piscium* *æquor*, foris pro *oceanis*, hic *mediterranei* *maris*, *amplitudine*, in quo *insula* *Carpathus*, sed *interne* *Boeotiæ*. *Magnum* *æquor* hic *ultimo*, *magna* *Boeotia*, *magnitudine* *sui* *generis*, comparative, respectu *aliarum* *vicinarum* *terrarum*, *Atticæ*, *Phocidis*, *Loeridis*, *Ætoliæ*, *Acarnanum*, quæ *regiones* *singulæ* *minores* *multo* *Boeotia*. Et *pisces* hic pro *maris* *externi* *scena*, reapse pro *Boeotis*, aut *Boeotorum* *populo*. Et sub *piscibus* quidem *generatim* *omnia* *marina* *monstra*, quæ sunt ex *mente* *Poëtarum* *ingentes* *Boeotorum* *populi* & *oppida* *majora*: *Speciatim* *phocæ*, i. e. *Copaici* *cives*. Quare *Proteum* *phocis* *in* *mari* *vehi* *dixerit*.

Ex quo dicitur *Virgilius* *Proteus* *motiri* *mare* *dum* *in* *eo* *sedem* *habet* & *inter* *phocas* *versatur*. *Carpathiis* *phocæ* *sunt* *Copaici* *cives* *Copaici*.

Etiam

Etiam pro alia vecturæ scena clariore, *curru* fertur Proteus metiri mare, pro externo *Carpathi* nomine, alludendo ad *δ'ισσο-*
currus. Πρωτεύς ἰχθύωνται δ'ισσο, i. *Carpathius*. Sub *Carpathio* *Copa-*
paicus. Et *currus* est regiminis insigne. Proteus curru vectus,
 est *Carpathium* regimen, *Carpathius* senatus.

Equi, quibus junctus *currus*, pro ordinario usu *curruum*,
ἵπποι, allusione pari ad nomen *Carpathi*, ut & porro *Coparum*.
 Cives & subditi *Carpathii*, *Copaici*, *populus* *Carpathio-Copa-*
icus, equi *Protei*, qui *curru* ejus juncti. Aliorum poetarum sce-
 na nonnihil mutata, ut est *Homeri* & *sequacium*, *phocis* *Proteus*
 vehitur, aut a *phocis* *currus* ejus trahitur. *Valer. Flaccus, Argon.*
l. 2. v. 310. Junctis super equora phocis. Et hæc *phocæ* pro allusione
 ad *Carpathum* & *Copas*, cives sunt & *populus* *Carpathio-Copaicus*,
 ut supra in *Homero* diximus. *Virgilio* hic placet figura *equorum*,
 pari analogia.

Sed *bipedes* equi qui? Quo caractere alii etiam poetæ latini
equos marinos insigniverunt: Velut *Valerius Flaccus Argon. l. 2. v. 508.*
Orion pipedum statu mare tollit equorum. Videri queant poetæ latini
 vocem *Homeri* de *phocis*, *ῥεσίδες*, expressisse, quasi *ἄροδες*, ut
 volunt aliqui, quod nulli vel parvi essent pedes, cum *phocæ* qua-
 tuor quidem pedibus incedant, sed minutis, manuum ferme simi-
 litudine. Sed *Virgilio*, & qui forte præivere, *bipedes* hi equi
Protei distinguuntur a *phocis*, non re sed appellatione atque sce-
 na. Verosimilius, uti *equi*, *ἵπποι*, *Carpathiorum* incolarum in-
 signe, ita *equorum* nota, *bipedes*, paræm referre characterem *Car-*
pathi, *ἵπποι πῶς αὖ ὄσέτ' ἐκ κρηνοπέδων*, *Carpathii*, equi quibus posteriores
pedes defunt, priori parte equi, posteriori pisces: Pro sola scena.
Carpathus pro *Copis*, *bipedes* equi pro *Copaico* populo, tollitq; in

Hic nunc Emathia portus, patriamque revisit
Pallenen.
Emathia seu *Macedoniæ* portus sunt loca peninsulae *Pallenes* aut
Phlegræ, in *Macedonia* ultima aut *Thracia*. Quæ scena externa,
 qua designatur ditio *Tanagrensis*, quæ pro *Thracia* poetis.

Cumque *Copaici* dicantur originem traxisse ex *Tanagrensi-*

K

bus

bus, inter quos est vicus Poloson, ideo Pallene Protei asseritur patria. Uno verbo, Copaicorum aliqui ad Tanagræos diverterunt, unde fuerant orti.

*Hunc & nympha veneramur, & ipse
Grandævus Nereus.*

Proteus, Copaica gens, in honore apud alias gentes, imprimis & apud Nereum. *Nereus* poetis *Charonea*, Charoncentis populus, in vicinia Coparum & orchomeni.

Novit namque omnia vates

Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura trabantur.

Proteum, dixere poetæ *vatem*, per se nulla prælagiendi arte, quam exercuissent Copaici, sed solo duntaxat nominis iudicio, pro scenæ ornatu, *πρωτὸς προφητῶν*, *Proteus vates*. Neque interim prudentia a Copaicis aliena. Par ratio *scientia præsentium, præteritorum & futurorum*, non ex se, nisi quoad prudentiæ civilis usum, quæ oculos antrosum & sinistrorsum vertit, cum præteritis futura & præsentia componens, sed ratione scenæ, ex allusione ad nomen *Carpathi & Protei*, cuius sit *Ἐσπερινὴ ὀπίσθω, τὰ ἀπὸ τῆς κατὰ τὰς ἐπιπέδων*. Vid. supra orpheum.

Quippe ita Neptuno visum est;

Copaicos in dignitate esse, Thebanorum, Boeotorum, fortunæ debetur.

Immania, cuius

Armenia, & turpes pascit sub gurgite phocas.

Protei greges *phocæ*, quæ circa Carpathum insulam frequentes: Carpathiorum monstra marina, cives & subditi Carpathii. In Carpathiis Copaici, *phocæ* Copaicus populus. Proteus Neptuni pastor, pascens phocas: Copaicus magistratus Thebanis addidus, qui copaicum populum regat, velut phocæ, marinos vitulos pascens. *Turpes* phocæ ab odore gravi & fædo. V. supra in Homero. Copaicorum civium elogium, pro scenâ.

Hic tibi, nate, prius vinculis capiendus, ut omnem

Expeditæ morbi causam, eventusque secundes.

Nam sine vi non ulla dabit præcepta, neque illud

Oras-

*Orando flebes: Vim duram & vincula capto
Tende.*

Proteum vinculis capere quid sit supra in Homero dictum: argumentis ad persuadendum aptis uti, animumque non abjicere, sed instare. Hæc vis illa in Proteum. Videri queat Virgilius preces excludere a vi, sed preces rationibus armatæ vim habent, si quid spei.

Doli circum hæc demum frangentur inanes.

Doli Protei, ex formarum variatione, frangendi constantiâ.

Ipsa ego te, medios cum sol accenderit æstus,

Cum sitiunt herbae, & pecori jam gratior umbra est,

In secreta senis ducam, quo fessus ab undis

Se recipit, facile ut somno aggrediare jacentem.

Homerus jam consilium pinxit eundi in senatum Copaicum, pro causa libertatis quærendæ: Cum curia meridie soleat patere. Tametsi in foro nihil somni, sed nimium quantum vigiliæ, scenæ tamen decor, pro nominis analogia, confessum senatus effigiare suavit imagine accubitus ad somnum. Carpathius *Ἰσθαίωρος*.

Verum ubi correptum manibus vinculisque tenebis,

Tum varia illudent species, atque ora ferarum.

Fiet enim subito sus horridus.

Carpathius *Ἰσθ*, fera. Carpathius *Ἰσθαίωρος* est idem vel *Ἰσθαίωρος*, Proteus; nullo physico actu aut motu, sed pro scena ex nominis omni- ne, pro curiæ artibus. Sus horridus, *κάρως*, aper, Carpathius, pro judicii severitate austeritateque.

Atraque tigris:

Ἰσθαίωρος, Tigris, Carpathius, Carpathio. Copaicus senatus, severus; aut lævus vilis.

Squamosusque draco:

Ἰσθαίωρος Carpathius, pro fori casibus durioribus.

Et fulva cervice leana:

Ἰσθαίωρος Carpathius, pro judicii fati & decretis validis.

Aur acrem flamma sonitum dabit: Atque ita vinolis excidet.

Ἰσθαίωρος Carpathius, Carpathio. Copaicum judicium: quod ubi toties fuerit

fuerit mutatum , tandem desinet , audietque rationes urgentes.

Aut in aquas tenues dilapsus abibit.

Idem Carpathius , pro mitiori tandem molliorque iudicis affectu.

Sed quanto ille magis formas se vertet in omnes :

Tanto , nate , magis contende tenacia vincla.

Donec talis erit mutato corpore , qualem

Videris , incepto regetur cum lumina somno.

Quanto tibi Copaici futura facies austerior , minacior ac tantum non trucior , tanto insistendum esse fortius & constantius æquis rationibus ; animusque præsens tanto servandus pertinacius : Donec iudicii animus benignior humanitatem præ se ferat gratam & benevolam , qualem alioquin extra forum & iudicium semper demonstraret cunctis.

Hac ait , & liquidum ambrosie diffudit odorem

Quæ totum nati corpus perduxit : At illi

Dulcis compositis spiravit crinibus aura.

Atque habilis membris venit vigor.

Ambrosia Homeri & Virgilii eadem , pari suavitate & odoris grati fragrantia. Propter phocarum foetorem intolerabilem , Carpathio-Copaicorum civium sordidam servitutem , difficile visum inter illos olentes degere , sine animi deliquio , & paræ servitutis periculo. Sed animi præsentia odor ambaro gratior , cui vis ingens in omnes nervos & corporis vires.

Est specus ingens

Exeßi latere in montis : Quo plurima vento

Cogitur , inque sinus cingit sese unda reductos ,

Deprensus olim statio tutissima nautis.

Inus se vasti Proteus regit obice saxi.

Effigies externi portus magni Carpathii , hodiernum integri , Triflani , juxta quem in littore , versus mediterranea , urbs Carpathus. Idea curiæ Carpathio-Copaicæ.

Hic juvenem in latebris aversum a lumine Nympha

Collocat , ipsa procul nebulis obscura resistit.

Consilium Athamantiorum , Copis vicinorum , huic Carpathio-Copai-

Copaico imperio se prorsus submittendi, pari cum ceteris civibus fortuna.

*Jam rapidus torrens fitientes srius indos
Ardebat caelo, & medium sol ignens orbem
Hauerat; arebant herba, & cava flumina siccis
Faucibus ad limum radii tepesacta coquebant.
Cum Proteus consueta petens e fluctibus antra
Ibat:*

Tempus confessus curialis meridies, quando in senatum venerunt Carpathio-Copaici.

*Eum vasti circum gens humida ponti
Exultans, rorem late dispergit amarum.*

Phocæ, marini vituli, pro scena, populus Carpathio-Copaicus, circa curiam & in curia. Amarus odor phocarum, in amara civium servitute.

*Sternunt se somno diversa in littore phocæ.
Ipse (velut stabuli custos in montibus olim
Vesper ubi e pastu vitulos ad tella reducit
Auditique lupo acunnt balatibus agni)
Considit scopulo medius, numerumque recenset.*

Confluxus civium in curia, & confessus senatus ad negotia civium tractanda, in subditorum turba, quam gubernet senatus haud aliter ac pastor oves; sub idea Protei, qui phocarum seu marinorum vitulorum gregem pascit; aut stabulo ex agris reduces condat. Civium numerum recensere, non solum est attendere qui cives existant, qui abierint, qui supersint, sed & qui recipiendi, ubi cupiant & optent.

*Cujus Aristæo quoniam est oblata facultas,
Vix defessa senem passus componere membra
Cum clamore ruit magno, manicisque jacentem
Occupat.*

Qui Virgilio Aristæus Homero Menelaus, cetera paria. Senatu fedente, hi novi cives, civibus annumerati hospites, inter phocas recensiti, in senatum prodeunt, pro sua libertate dicturi, rationibus

tionibus firmis usuri. Quæ est vis illata Proteo, sub blandissimis & submississimis obsecrationibus, quæ argumentis validis animata.

Ille sua contra non immemor artis,

Omnia transformat sese, in miracula rerum,

Judicium, petentibus adversum, libertati suæ imminentibus resistit omnibus modis, ut variis videatur comparere formis, non nisi pro scena, nulla externa mutatione, sed affectuum & consiliorum habitu subinde diverso, pro judicii sententia.

Ignemque, horribilemque feram, fluviumque liquentem,

Nunc minis & terroribus, nunc mitiori propensione, a libertate urgenda absterri petentes, coram tribunali.

Verum ubi nulla fugam reperit fallacia, victus

In sese redit, atque hominis tandem ore locutus:

Fallacia bono sensu, prudentia variandi sententiam pro varia rerum obviarum habitudine, ut visum publico profuturum. Post aspera estata, quæ nullum libertati viderentur relinquere locum, tandem humana frons rediit. Vincere est vel argumentis obtinere quod quæritur. Quomodo Cicero dicit se judicem vicisse, valde prius reluctantem, vel uno argumento.

Nam quis te, juvenum confidentissime, nostras

frussit adire domos? Quidve hinc petis? inquit.

Comis jam & humana compellatio nuncius voti obtinendi & libertatis concedendæ. Quæ serena & exporrecta judicis frontis rugis dispunctis, luce serenior, votis æqualis aut major.

At ille: Scis Proteu, scis ipse. Neque est te fallere cuiquam.

Sed in desine velle: Deum præcepta secuti

Venimus huc, lapsi quæstium oracula rebus.

Dixerat senatus Carpatio-Copaicus affectu benigno, promerent sua pectoris lensa, quæcunque cuperent, illos obtenturos. Respondent hi, desideria jam abunde constare. Repetunt interim, sed alio habitu: Divina providentia illos venisse istuc, rebus ipsorum quassatis, cupere ergo illarum restaurandarum remedium, quod senatusparet.

Virgi-

Virgilius hucusque *Protei* res expediverat, quando in *orphemum* dilabatur, quem differimus iuste in proximum locum, quo *orpheum*, canendi peritum, a feminis discerptum cantabimus, *cithara* illius salva.

CAP. XII.

In Horatium.

Horatius l. 2. Sat. 3. *Effugiet tamen hac sceleratus vincula Proteus.*

Cum rapiet in jus malis ridentem alienis

Fiet aper, modo avis, modo saxum, & cum volet, arbor.

Applicat studio Horatius, quod ex scelerati aut astuti epitheto pelucet, non designat aut explicat historiam. Ex veteribus historiis nata in populo partim proverbia, partim communium factorum symbola. Quo *proverbiorum* usu delectatos poetas abunde constat; ut *Lucanum*, *Silium Italicum*, aliosque, advehere non sit opus. Illa est sermonis humani partim dulcedo, partim necessitas, ut audientes vel legentes excitentur vel in attentione conserventur symbolis, iconibus & simulacris. Quo spectant omnis generis comparationes, concisæ, ampliores, vel verbo uno alteroque comprehensæ. Inprimis tales figuræ & rerum præsentium ideæ ex veterum rebus gestis peti consueverunt. Quales proverbiales dictiones & symbolica locutiones nonnunquam a peritis conditæ; interdum & ab imperitis veterum rerum, qui nudum externum colorem actionum antiquarum attenderunt. Imo, ubi primi auctores, priscarum rerum periti, solerti applicatione, ænigmaticas comparationes formarant, posterius, immemores scopi & veri sensus, proverb a profunda & recondita repetere non reformidarunt pro externa traditionis effigie, plane contra primævum scopum. Sermo humanus inconstans, pro ingenii hominum, seculorum fluxu mutatis aut discrepantibus. Quomodo usus formularum frequens, primævo sensu genuino sepulito aut neglecto, novo sensu gaudet, nemi-

mine attendente, cum verba & sententiæ valeant sicut nummi. Neminique vitio verti potest, ubi traditionum symbola allegantur ex veterum rebus gestis, non ex vero antiquo rerum habitu, sed ex recepto loquendi & sentiendi usu. Neque fas est, suetas tales ex veterum negotiis petitas loquendi formulas, symbola & figuras, metiri ex primævo rerum habitu, sed oportet illas admittere ex communi accepta opinione. Hoc prudentis est lectoris & interpretis. Atque ita ex Protei rebus, mille comparationes incidant & incidant quotidie, non pro vero Protei rerumque ejus habitu, paucis cognito, sed pro usu populari, juxta actionum externarum colorem, cum latentem vim plane nesciat vulgus. Periti ideoque est interpretis, solerter circumspicere de ingenio scriptoris, num verum primævum attenderit rerum & fatorum in historiis habitum, an vero satis fuerit loqui cum vulgo & ex usu communi, tametsi a pristino historiæ scopo longe recedat. Qui interpretis labor difficillimus, utpote cujus sit, antiquissimas res gestas pro genuino illarum habitu curate nosse, & quid vulgus de illis acciperit aut judicet, dispicere & distinguere. Unde perpauci veterum autorum interpretes curati.

Prima hæc pars *Protei & phocærum*, de *Carpathi insulæ & Coptorum* *Bocotia* urbis rebus antiquis, finita *A. 1719. d. 22 Sept.*

Per se dabit omnia tellus,

Contentique cibus nullo cogente creatis

Arbutos fetus montanaque fraga legebant,

Cornaque, & in duris herentia mora rubetis.

Ⓝ (20) Ⓝ

154892

ULB Halle 3
005 301 300



sb.

v. 18

R


VB17





Part...





PROTEVS CVM PHOCIS, CETIS.

In Homerum, Strabonem, Melam,
Orpheum, Herodotum, Diodorum Siculum,
Dionysium Periegeten, Eustathium, Ammianum, Aristidem,
Palmerium, Ovidium, Virgilium, Horatium, Platonem,
Heraclidem Ponticum, Lucianum, Philostratum, Julianum,
Clementem Alexandrinum, Bochartum, Cælium Rhodiginum,
Natalem, Croesium, Spondanum, de la Cerda,
Ruæum.

Pro uberius illustrando nupero *Herculis ceto*
occasione *ceti Jona:*

Ex historia & geographia veteri
in priscorum autorum lucem:

In secularem præsertim memoriam

PETRI MOSELLANI

elegantis Lipsiensis Academiae Professoris,

Qui solennis inter Eccium & Lutherum colloquii
argumentum

A. M. D. XIX. *Quinto Nonas Augusti*
nervose scripsit,
recensuit

A. MDCCXIX. *mensè Augusto*

HERMANNVS von der Hardt/

Acad. Jul. Sen. & Præpos. Mariæb.

Helmstadii,

Litteris Hermanni Danielis Hammii, Acad. Typogr.

n. 9